11. Tu notas feciſti mihi vias, quibus in vitam immortalem post passionem essem intraturus: & tunc me æterna lætitia implebis, ac satiabis una cum jucundissimo aspectu faciei tuæ. Eruntque tunc in perpetuum duraturæ delectationes in dextera illa tua summæ fælicitatis, in qua me collocabis.

scet in spe.

10. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno*; (1) *nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

11. *Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo*: (2) *delectationes in dextera tua usque in finem.*

corpo dalla tomba;

Di riunirlo ben presto colla sua anima, di modo che nè l'uno, nè l'altra provasse le conseguenze funeste della morte;

Di dargli una nuova vita per mezzo della resurrezione, di farlo sedere alla sua destra nel cielo, e fargli gustare eternamente delizie tanto più abbondanti, quanto ne sarebbe più degno per tutto ciò, che egli avrebbe sofferto.

PSALMUS XVI.

L'Interna disposizione, in cui dobbiamo essere rispetto a i nostri nemici, e in qual modo dobbiamo pregare Iddio per esserne liberati.

Portarsi co' proprj nemici, come si vuole, che Dio si porti con noi.

Ora-

(1) Actor. II. 31. XIII. 35. (2) Psalm. XV. 7.

Oratio David.

PROPHETA. Domine, exaudi juſtam petitionem meam in præſenti cauſa juſta cum injuſtis perſecutoribus meis : attende deprecationi huic meæ.

Exaudi Domine juſtitiam meam: intende deprecationem meam.

Eſaminare il ſuo cuore riſpetto a i proprj nemici, prima di pregare Iddio.

2. Auremque benignam præbe huic orationi meæ, quam non tibi fictis labiis, & fine intimo cordis affectu fundam.

2. *Auribus percipe orationem meam, non in labiis doloſis.*

Avere in riguardo a loro una gran ſemplicità di cuore, e ſincerità nelle parole, ſe vogliamo, che le noſtre preghiere ſiano eſaudite.

3. Proferatur, quæſo, de tuo conſpectu judicatio, atque ſententia cauſæ meæ : oculi tui videant, atque defendant rectitudines meas erga perſecutores illos meos, quibus numquam nocui.

3. *De vultu tuo judicium meum prodeat : oculi tui videant æquitates.*

Conſiderare, che la condotta, la quale ſi tiene verſo de' proprj nemici, è la medeſima, che quella, che Iddio tiene verſo di noi.

4. Tu ſane examinaſti animum meum, eumque noctu quoque ſecretiſſime cogitantem inſpexiſti ; meque velut igne, ut metalla examinari ſolent, penitus exploraſti, & tamen

4. *Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte : igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas.* (1)

Tolerare coſtantemente le prove, nelle quali piacerà a Dio porci, a fine di poter dire con verità ciò, che quì dice il profeta.

5. Ut

(1) Job xxiii. 10. Pſalm. xxv. 3. lxv. 10. Zach. xiii. 9. Malach. iii. 2. 3. 1. Petri i. 7.

men in me non eſt inventum iniquum aliquod contra hoſtes iſtos meos.

5. Et adeo nihil operis contra illos inventum eſt in me, ut ne quidem ſermo meus loquatur ea opera noxia, per quæ mundani homines hominibus nocere ſolent. Nam propter ſervanda præcepta, quæ tumet nobis edixiſti, ego obſervavi vias, rationeſque vivendi etiam humanæ infirmitati aſperas, & laborioſas.

6. Perge, quæſo, ſuſtentare, perfectoſque adhuc facere inceſſus, actuſque vitæ meæ in anguſtis viis mandatorum tuorum, quæ ducunt ad vitam: ne in itinere hoc arcto dimoveantur, vacillanteſque collabantur iidem greſſus mei.

7. Ego valido affectu modo clamavi ad te, Deus, quia alias quoque tu me clamantem exaudiſti: præbe igitur nunc etiam aurem tuam mihi inclinato, atque jacenti, meaque precum

5. Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras.

6. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: ut non moveantur veſtigia mea.

7. Ego clamavi, quoniam exaudiſti me Deus: inclina aurem tuam mihi & exaudi verba mea.

Non imitare nè l'eſempio, nè il linguaggio degli uomini, ed avere nel cuore la legge di Dio, a fine di non aſcoltare diſcorſi degli uomini intorno a i loro nemici.

Riconoſcere, che non ſi poſſon battere vie sì aſpre alla natura, nè perſeverarvi ſenza il ſoccorſo, e la protezione di Dio.

Domandarla con ardore, ad effetto di ottenerla, umiliarſi nel pregare a fine d'impegnare Iddio ad abbaſſarſi fino a noi, e ad eſaudirci.

8. Mi-

cum verbà, atque votorum exaudi.

8. Mirabiles facito miſericordias tuas erga me mirabiliter me ſalvando; tu qui a malis ſalvas eos, qui in te collocant ſpem ſuam.

8. *Mirifica miſericordias tuas*, (1) *qui ſalvos facis ſperantes in te.*

Scongiurarlo per li grandi effetti delle ſue miſericordie in favore di coloro, che hanno ſperato in lui, a farceli provare,

9. Ab iis, qui hactenus, quantum in ſe erat, audaciter obſtiterunt dexteræ potentiæ tuæ, me cuſtodi illæſum, ac ſi quis oculi ſui pupillam cuſtodiret.

9. *A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me, ut pupillam oculi.* (2)

Prendendo una cura particolare di noi,

10. Et quemadmodum gallina protegit ſub alis pullos ſuos, ita tuarum, ut ita dicam, alarum tegumento contege me atque defende a conſpectu impiorum iſtorum, qui me jam aliquandiu miſeriis, & ærumnis afflixerunt.

10. *Sub umbra alarum tuarum protege me: a facie impiorum, qui me afflixerunt.*

E proteggendoci contro i nemici della noſtra quiete.

11. Inimici hi mei circumcinxerunt animam, ut mihi auferant eam: pinguedinem, & viſcera commiſerationis ſibi concluſerunt, &

11. *Inimici mei animam meam circumdederunt, adipem ſuum concluſerunt*: (3) os

Rimoſtrargli ingrimilmente, quanto i vantaggi, che egli ha permeſſo, che eſſi aveſſero ſopra di noi, hanno

(1) Pſalm. xxx. 22. (2) Deuter. xxxii. 10. Zachar. ii, 8.
(3) Deuter. xxxii. 15. Job 35. 27. Pſalm. cxviii. 70.

& mihi denegarunt: eorumque os contra me locutum eſt ſuperbe.

12. Et cum me ptius a ſuo conſortio ejeciſſent inique, iniquius nunc me circumdederunt; ſtatueruntque deflectere in terram oculos ſuos, ut mihi tendiculas pararent.

13. Jamque me, quantum in ſe eſt, parati ſuſpexerunt ſuſcipiendum tamquam leo paratus ad rapiendam prædam, & quemadmodum leonis catulus ferociſſimus habitans in latibulis ſuis ſtat paratus ad prædam.

14. Exſurge, Domine, ad defenſionem mei; illiuſque præcipue primarii perſecutoris mei conatus præoccupa, & impedi, illumque veluti pede ſuppoſito ſubverte, in terramque ſterne: ab eoque impio hoſte animam, vitamque meam libera: ac per gladium tuum eam libera ab inimicis manus potentiæ tuæ.

15. Domine, a paucis illis, quæ de terra pro-

os eorum locutum eſt ſuperbiam.

12. *Projicientes me, nunc circumdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.*

13. *Suſceperunt me, ſicut leo paratus ad prædam: & ſicut catulus leonis habitans in abditis.*

14. *Exſurge, Domine, præveni eum, & ſupplanta eum: eripe animam meam ab impio, framea tua ab inimicis manus tuæ.*

15. *Domine, a paucis de ter-*

no gonfiato il loro orgoglio, ed accreſciuta la loro inſolenza.

Eſporgli la violenza dell'aſſalto, con cui ci hanno attaccato per rovinarci;

Il loro furore, la rabbia, i rigiri di cui ſi ſervono per divorarci a guiſa di un leone affamato.

Rimoſtrargli altresì, che egli ſolo può liberarci, prevenendo i loro perverſi diſegni, e sbalzandoli fuori dallo ſtato di recarci nocumento:

Che eſſi meritano di eſſere privati

proveniunt bonis Mundi, in præsenti hac ipsorum vita eos divide, ac separa, ne iis abutantur; nam, & eorum venter, & appetitus expletus est pretiosioribus, & veluti sepositis, ac reconditis bonis Mundi, quæ tua sunt.

terra, divide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

vati del loro potere, e de' loro beni, de' quali si abusano insolentemente:

16. Filiis quoque, magno numero abundant ad satietatem: dimiseruntque parvulis nepotibus suis, ac posteris reliqua divitiarum, quæ superfuere sibi ipsis.

16. *Saturati sunt filiis: & dimiserunt reliquias suas parvulis suis.*

Che ne sono stati da esso ricolmati in tutte le maniere, senza che glie. ne abbiano dimostrato la minima gratitudine.

17. Cæterum quantum ad me; cum justitia, & probitate vitæ comparebo conspectui tuo: & tunc vere pleneque satiabor, cum mihi comparuerit gloria tua.

17. *Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo: satiabor, cum apparuerit gloria tua.* (1)

Desiderare ardentemente di esser liberati da tutti questi nemici, affinchè niuna cosa ci impedisca di vivere nella giustizia, e di portare tutti li nostri voti al cielo.

PSALMUS XVII.

MOtivi di attaccarsi a Dio. Gli ajuti, che se ne sono ricevuti: il bisogno, che se ne ha per resistere alla concupiscenza: gli effetti della sua poten-

(1) Psalm. xv. 11.

za in favore de' ſuoi ſervi contra quelli che li opprimono; ed i mezzi di conciliarſi ſempre la ſua protezione.

Eccitarſi all' amor di Dio, per tutto ciò che egli ha fatto per noi, ed amarlo ſino a far tutto per lui.

In finem: puero Domini David: qui locutus eſt Domino verba cantici hujus, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus & de manu Saul, & dixit.

In perpetuum decantandus Pſalmus, inſpiratus Davidi ſervo Domini: qui locutus eſt Domino verba hujus cantici eo tempore, quo liberaverat eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & præſertim de manu Saulis regis, & dixit ad hunc modum.

PROPHETA. (1) Ex toto corde meo amabo, & diligam te, Domine, qui fortificas me. Dominus eſt, qui me firmum facit, & ad quem ego confugio, & qui me liberat a malo.	*Diligam te, Domine, fortitudo mea:* (2) *Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.*	Fare rifleſsione ſu tutte le occaſioni, nelle quali ſi è ſperimentato il ſoccorſo di Dio, a fine di amarlo con maggiore ardore.
2. Deus meus erit mihi cuſtos, & adjutor meus: ſemperque ero confidens in eo.	2. *Deus meus, adjutor meus, & ſperabo in eum.* (3)	Collocare in lui tutta la ſperanza.
3. Tu, Deus, inſtar ſcu-	3. *Protector meus,*	Non far conto ve-

(1) Thomaſius in margine adnotat. *In hac paraphraſi uſi ſumus plurimum textu libri ſecundi Regum cap. 22. juxta Lxx. interpretes.* (2) II. Reg. XXII. 2. (3) Habt. II. 13.

scuti es propugnator meus, & velut cornu meum salutiferum ad propulsandos hostes; & vice versa exceptor meus, & refugium salutis meæ, de iniquo salvabis me.

meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.

veruno delle proprie forze: far conto unicamente della sua protezione.

4. Laudabilem Dominum laudans invocabo, & ita de inimicis meis salvabor.

4. *Laudans invocabo Dominum: & ab inimicis meis salvus ero.*

Aggiugnere alla lode, ed al rendimento di grazie una preghiera umile riguardo a' proprj bisogni.

5. Olim sane mortiferi me dolores, & contusiones circumcinxerant, ac torrentes iniquorum hominum agmine magno irruentes, me conturbaverant, & exterruerant.

5. *Circumdederunt me dolores mortis:* (1) *& torrentes iniquitatis conturbaverunt me.*

Sentir con dispiacere i moti della concupiscenza, che ci spingono al peccato.

6. Doloresque gravissimi, quales sunt, qui ad mortem trahunt, & sepulchrum, me circumcinxerant: ac tendiculæ, & insidiæ mortiferæ me antequam, possem evadere occupaverant.

6. *Dolores inferni circumdederunt me: præoccupaverunt me laquei mortis.*

Gemere profondamente per le tentazioni del Mondo, e del Demonio, che ci possono precipitare nella morte eterna.

7. At ego in ejusmodi tribulatione mea, Dominum invocavi, & ad Deum meum, ut mi-

7. *In tribulatione mea invocavi Dominum, & ad Deum*

Ricorrere a Dio nel sentire il pericolo, al quale ci vediamo esposti. Com-

(1) Psalm. cxiv. 3.

mihi ſucurreret, clamavi.

8. Et confeſtim Deus de templo ſancto ſuo illo cœleſti exaudivit vocem meam, & clamor ille meus coram eo emiſſus pervenit ad aures ejus, ut quod petieram auxilium, obtinerem celerrime.

Deum meum clamavi,

8. *Et exaudivit de templo ſancto ſuo vocem meam: & clamor meus in conſpectu ejus introivit in aures ejus.*

Comprendere queſto pericolo, e gridare sì vivamente, che poſſiamo eſſere aſcoltati, ed eſauditi.

9. Statim namque Deo pugnante pro me, concuſſa eſt quodammodo terra, atque contremuit; & ipſa quoque fundamenta montium ſunt conturbata, & ſunt concuſſa, atque quaſſata; quia illis hoſtibus meis iratus eſt Deus.

9. *Commota eſt,* (1) *& contremuit terra: fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.*

Ammirare gli effetti della potenza di Dio in favore de' ſuoi ſervi: egli fa rovinare, quando gli piace, le potenze anche nella miglior maniera ſtabilite.

10. Præ ejuſdem Dei ira aſcendit a terra ceu fumus tenebroſa caligo, igniſque vorans de ejus ore flagravit. flammatique ſunt ab eo carbones, qui in terra disjecti ſuis ignibus exurerent eam.

10. *Aſcendit fumus in ira ejus, & ignis a facie ejus exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.*

Egli fa gettare nell' accecamento coloro, che fanno gran conto de' loro proprj lumi, e quei che maggiormente ſtimano la loro ſaviezza, ſottraendo loro con occulto e giuſto giudizio il ſuo lume e abbandonandoli alli ſrego-

11. Quin

11. *In-*

la-

(1) Thomaſius in margine adnotat. *Poetica hypothypoſis iræ Dei quaſi pugnantis contra hoſtes David uſque ad verſ.* XVIII.

lamenti della concupiſcenza.

11. Quin etiam Deus ipſe demiſſis ad terram uſque cœlorum nubibus deſcendit: fuitque atra caligo ſub pedibus ejus, ne agnoſceretur.

11. *Inclinavit cœlos, & deſcendit:* (1) *& caligo ſub pedibus ejus.*

Egli ſa abbaſſare i cieli per diſcendere ſu la terra, e farviſi vedere in una nuvola.

12. Et in eo deſcenſu celerrimo aſcendit, & inſedit ſuper velociſſimos ſpiritus Cherubim, & volavit, volavitque celerrime, veluti delatus in alis ventorum.

12. *Et aſcendit ſuper Cherubim, & volavit: volavit ſuper pennas ventorum.* (2)

Egli ſa, quando a lui piace, riſalirvi prontamente, ed inalzarſi fino ſopra i Cherubini.

13. Appoſuit ſibi tamen tenebroſas circumquaque nubes, veluti latebram ſuam, ne in ſua majeſtate conſpiceretur: fuitque circum eum tentorium ſuum, tenebroſa ſcilicet aqua condenſata in atris nubibus aeris.

13. *Et poſuit tenebras latibulum ſuum: in circuitu ejus tabernaculum ejus, tenebroſa aqua in nubibus aeris.*

Egli ſa cuoprirſi d'un'oſcura nuvola, che lo renda inviſibile.

14. Tunc a promicante ſplendore aſpectus ejus nubes illæ in pluviam converſæ pertranſierunt: deciderunt-que grando, & fulmina ceu carbones igniti.

14. *Præfulgore in conſpectu ejus, nubes tranſierunt: grando, & carbones ignis.*

Egli ſa fare riſplendere queſta nuvola per mezzo de' baleni.

15. Et Dominus tonuit

15. *Et intonuit*

Egli ſa incute-

15

(1) Pſalm. CXLIII. 5.

(2) Pſalm. CIII. 3.

nuit de ærëo cœlo, emisitque Altissimus vocem terrefacientem tonitrui sui; decidebantque adhuc grando, ignitique carbones ardentium fulminum.

16. Et sagittas suas, & fulmina Deus emisit in persecutores meos, illosque dispersit: multiplicatisque fulgoribus, & coruscationibus eos perturbavit, & exterruit.

17. Tunc, Domine, quassatâ terrâ comparuerunt fontes, & scaturigines aquarum in profundo latentes: & discooperta sunt profundissima loca, & veluti fundamenta terræ habitabilis.

18. Id quod evenit per increpationem, & jussum tuum, Domine, & per vehementem spirationem, & flatum venti, & turbinis excitati irâ tuâ.

19. Tunc porrò de excelso cælo misit mihi opem Deus, meque assumpsit: & attraxit ad

tonuit de cœlo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: grando, & carbones ignis.

16. *Et misit sagittas suas, & dissipavit eos: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.*

17. *Et apparuerunt fontes aquarum, & revelata sunt fundamenta orbis terrarum.*

18. *Ab increpatione tua, Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.*

19. *Misit de summo, & accepit me: & assumpsit me, de*

re da per tutto il terrore per mezzo dello scoppio del suo tuono, e per lo strepito confuso di una voce minacciante.

Egli fa dissipare i perversi disegni, mettere la turbolenza, e la confusione nello spirito.

Egli fa cavare acque copiose dalle rupi più dure, e ristabilire tutte le cose nel loro primiero stato.

Ammirare tutti questi effetti e dell' onnipotenza di Dio in favore di quei, che egli prende sotto la sua protezione, e della sua collera contro coloro, che li opprimono.

Ammirare inoltre li contrassegni della bontà, che egli ha per essi: li trae

ad te me de tribulationibus illis, ceù aquis multis me obruentibus undique.

de aquis multis.

trae dall'abiſſo delle afflizioni, in cui i loro nemici li avevano attuffati.

20. Et ita iſtiuſmodi quaſi prodigiis admirabiliter me Deus liberavit de inimicis meis potentiſſimis, & ab iis, qui me oderant, eripuit, quia robuſtiores illi erant, quam ego.

20. *Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab iis, qui oderunt me: quoniam confortati ſunt ſuper me.*

Rende inutili, ed il loro odio, ed i loro sforzi.

21. Tempore illo afflictionis meæ me illi anticipaverant incautum, & imparatum: ſed & è contra Dominus ſe mihi præbuit firmamentum, meumque protectorem.

21. *Prævenerunt me in die afflictionis meæ: & factus eſt Dominus protector meus.*

Previene i loro cattivi diſegni, e ne impediſce l'effetto.

22. Et ex anguſtiis, ac mœroribus eduxit me in latitudinem, amplamque ſecuritatem: meque eripuit, ac liberavit, quia bene voluit mihi, & ita illi bene complacitum fuit in me.

22 *Et eduxit me in latitudinem:* (1) *ſalvum me fecit, quoniam voluit me.*

Spezza in fine i legami, che li teneano crudelmente avvinti, e li pone in piena libertà.

23. Et reddidit, ac in poſterum reddet mihi Dominus defenſionem, ſecundum juſtitiam,

23. *Et retribuet mihi Dominus ſecundum juſtitiam*

Travagliare a fine di renderſi degno di queſta ſingolare protezione

E di

(1) Pſalm. cxvii. 5.

tiam, erga inimicos meos a me ſervatam illæſam: ſemperque mihi reddet ſecundum puritatem, & innocentiam operationum mearum erga illos.

24. Nam ego obſervavi vias, rationeſque vivendi præceptas a Domino: & propter Deum meum nihil impium feci.

25. Quia jura omnia legis ejus coram me ſunt ſemper: & juſta præcepta ejus a me non rejeci, & ab eis non diſceſſi.

26. Et in poſterum quoque ero ſine macula criminis apud eum: meque diligenter cuſtodiam, ac præcavebo ab hujuſmodi iniquitate in me admittenda.

27. Et ita reddet mihi Dominus ſecundum juſtitiam meam: & ſecundum puritatem, & innocentiam operationum mearum, quæ eſt coram oculi ſuis.

28. Tu, Dominē, cum vi-

tiam meam: & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

24. *Quia cuſtodivi vias Domini: nec impiè geſſi a Deo meo.*

25. *Quoniam omnia judicia ejus in conſpectu meo: & juſtitias ejus non repuli a me.*

26. *Et ero immaculatus cum eo: & obſervabo me ab iniquitate mea.*

27. *Et retribuet mihi Dominus ſecundum juſtitiam meam: & ſecundum puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum ejus.*

28. *Cum ſan-*

di Dio con i mezzi ſeguenti.

I. Con una condotta di carità, e di giuſtizia verſo i noſtri nemici.

II. Con la fedeltà nel camminare le vie di Dio, ſenza traviare neppure un momento.

III. Con un'eſatta oſſervanza della ſua legge.

IV. Colla cura di conſervarſi nel ſuo coſpetto in una grand' innocenza.

V. Con la purità, quale eſſo vuol da noi, non già con quella, che baſta alla noſtra vita delicata.

VI. Con una ſan-

viro pio, & ſancto, ut pius, ac ſanctus te item getes: cum viro innoxio, & perfecto, ut innocuus, & perfectus te item geres.

ſancto ſanctus eris: & cum innocente innocens eris.

ſantità, che convenga alla ſua.

29. Et cum viro electo, & bono, ut electus ac bonus te item geres, & cum homine pravo, atque diſtorto velut adverſus, & oblique te item geres.

29. *Et cum electo electus eris: & cum perverſo perverteris.* (1)

VII. Con una ſincerità, e rettitudine di cuore, ſempre coſtante.

30. Nam tu populum humilem, inopem, & afflictum ſalvabis: & elatos ſuperborum oculos animoſque deprimes.

30. *Quoniam tu populum humilem ſalvum facies: & oculos ſuperborum humiliabis.*

VIII. Con una umiltà, che tiri ſopra di noi e le ſue grazie, e la ſalute.

31. Quoniam autem tu es, Domine, qui lucere facis, ut accenſam lucernam animam meam, omneſque res meas luce lætitiæ, & proſperitatis: idcirco, Deus meus, tu nunc illumina, & verte in lucem tenebras has meas mœrorum atque calamitatum.

31. *Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine: Deus meus, illumina tenebras meas.*

IX. Col rinunziare a i noſtri proprj lumi, per ſeguire ſempre i ſuoi.

32. Nam per te, tuo auxilio adjutus, velut accinctus curram, & a ten-

32. *Quoniam in te eripiar a tentatio-*

X. Con una confeſſione continua della noſtra de-

(1) Levit. xxvi. 24. Proverb. xxi. 8. juxta Lxx.

tentatione liberabor : & per te Deum meum roboratus, & murum etiam altiſſimum, ſi obſtiterit, ſaltu tranſiliam, & liberabor.

33. Dei mei via ratioque gubernandi ſine macula eſt injuſtitiæ : verba Domini, atque promiſſa pura ſunt ab omni falſitate veluti metalla a ſcoriis expurgata per ignem. Ipſe inſtar clypei propugnator eſt omnium, qui in ipſo ſperant, atque confidunt.

tione: & in Deo meo tranſgrediar murum.

33. *Deus meus impolluta via ejus: eloquia Domini igne examinata; (1) protector eſt omnium ſperantium in te.*

debolezza, e della noſtra impotenza di evitare il male, e di fare alcun bene ſenza il ſuo ſoccorſo.

Eſaminare con il profeta i motivi, che ci debbono portare a regolarci in tal maniera con Dio.

I. *Motivo*. Egli è noſtro Dio : ſi giugne ſeguitando la ſua via ad una perfetta innocenza; le ſue promeſſe non poſſono mancare, e ſiamo aſſicurati della ſua protezione.

34. Ecquis namque alius Deus fortis fuerit præter unum hunc Dominum noſtrum? Quiſve alius Deus creator omnium fuerit, præter hunc noſtrum Deum, qui creavit omnia pariter?

34. *Quoniam quis Deus præter Dominum? (2) aut quis Deus præter Deum noſtrum?*

II. *Motivo*. Noi non abbiamo nè altro padrone, nè altro Dio fuori di lui da ſervire.

35. Hic Deus eſt qui me corroborans accinxit fortitudine : quique re-

35. *Deus, qui præcinxit me virtute: & po-*

III. *Motivo*. Egli è quegli, che ci dà vigore per giu-

(1) Pſalm. XI. 7. CXVIII. 140. Proverb. XXX. 5.
(2) 1. Regum II. 2. Pſal. LXXVI. 14. LXXXV. 8. Iſai. XLV. 5.

tēmotis offendiculis, explanatâque viâ, inculpatum fecit iter cursumque vitæ meæ.

posuit immaculatam viam meam.

giugnerē àll'innocenza, e perseverarvi sino alla fine.

36. Is est, qui pedes meos ad fugiendum persecutores effecit velocissimos instar pedum cervorum; & in locis excelsis atque securis tutum me constituit.

36. *Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum: & super excelsa statuens me.*

IV. *Motivo.* Egli è, che ci fa andare innanzi a gran passi nella virtù, e ci rende superiori a tutte le nostre corrotte inclinazioni.

37. Quique manus meas præliari docet, ut ingruente prælio sint instructæ. Equidem, Domine, tu mea brachia ad prælium effecisti robusta quasi arcum ex ære confectum, confringens alienum quoque arcum æneum brachio meo.

37. *Qui docet manus meas ad prælium* : (1) *& posuisti ut arcum æreum brachia mea.*

V. *Motivo.* Esso ci fa prendere la risoluzione dī combatterle, e ci rende indefessi in questa guerra.

38. Mihique dedisti clypeum me protegentem, quo tu me salvares: tuaque vicissim dextera me labentem excepit, ac confortavit ne corruerem.

38. *Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me.*

VI. *Motivo.* Egli è, che ci ritira dall' occasioni, nelle quali periremmo infallibilmente senza una speciale protezione.

39. Et tua me eruditio, & institutio perpetuò direxit ad recte bellandum: & eruditio,

39. *Et disciplina tua correxit me in finem: & disci-*

VII. *Motivo.* Egli è quelli, che impedisce le nostre cadute per

(1) Psalm. cxliii. 1.

tio, & inſtructio ipſa tua me poſthac quoque docebit artem bellandi.

40. Tu in quocumque loco, qui ſubtus pedes meos eſſet, latos amploſque effeciſti greſſus meos, ut non incederent anguſtè: & per te nec mea crura vacillarunt, nec ſunt debilitati, defeceruntve in inceſſu pedes, ac tali mei.

41. Tuo ergo auxilio munitus pergam perſequi inimicos meos, eoſque apprehendam, atque delebo: nec revertar donec eos conſumem, ac penitus deficiant.

42. Cædam eos, atque conteram, nec ampliùs poterunt ſurgere, ac contra me ſtare: cadentque devicti, atque confracti ſub pedibus meis.

43. Tu itaque me accinxiſti, & confortaſti fortitudine ad decertandum prælio: eoſque, qui mihi reſiſtebant, & contra me inſurgebant, curvaſti compeditos ſubtus me.

44. Et

ſciplina tua, ipſa me docebit.

40. *Dilataſti greſſus meos ſubtùs me: & non ſunt infirmata veſtigia mea.*

41. *Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non convertar donec deficiant.*

42. *Confringam illos, nec poterunt ſtare: cadent ſubtus pedes meos.*

43. *Et præcinxiſti me virtute ad bellum: & ſupplantaſti inſurgentes in me, ſubtus me.*

44. *Et*

mezzo di ſalutari gaſtighi, che ci rendono più vigilanti.

VIII. *Motivo.* Egli è, che ci facilita tutte le coſe, per impedirci, che non ci gettiamo al cattivo.

IX. *Motivo.* Egli è, che ci fa faticare di continuo, e domare le noſtre paſſioni, come i noſtri più crudeli nemici.

X. *Motivo.* Egli è, che ci fa vincere, e calpeſtare tutte le reſiſtenze della natura.

XI. *Motivo.* Egli è, che ci da forza di combattere contro noi medeſimi per ſoggettare la carne allo ſpirito.

XII. *Mo-*

44. Et feciſti, ut inimici mei conjicientes ſe in fugam, terga mihi darent: eoſque, qui me odio habebant, morti tradidiſti, ac funditus perdidiſti.

44. *Et inimicos meos dediſti mihi dorſum: & odientes me, diſperdidiſti.*

XII. *Motivo.* Egli è che mette in fuga tutti i noſtri nemici.

45. Inclamaverunt tunc, & ipſi inimici mei, neque enim erat adjutor aliquis, qui eos ſalvaret; clamaverunt, inquam, ad Dominum præ ſola formidine pœnæ, ut ab interitu ſalvarentur, ſed Dominus non exaudivit eos.

45. *Clamaverunt, nec erat, qui ſalvos faceret; ad Dominum, (1) nec exaudivit eos.*

XIII. *Motivo.* Egli c' inſegna, che indarno s'implora il ſuo ſoccorſo, ſe non ſi fatica a diſtruggere in noi medeſimi ciò, che a lui diſpiace.

46. Eos itaque comminuam, ut minutum pulverem terræ, hac illacque præſente ingenti vento diſſipatum: & ut latarum publicarumque viarum lutum eos proteram, atque delebo.

46. *Et comminuam eos, ut pulverem ante faciem venti: ut lutum platearum delebo eos.* (2)

XIV. *Motivo.* Egli è, che ci fa ſuperare le maggiori difficoltà sì agevolmente, come il vento diſſecca il fango, e lo diſſipa.

47. CHRISTUS. Tu me liberabis a contradictionibus populi Iſraelitici, mihi non credentis: meque conſtitues caput, & principem Gentilium, qui in

47. *Eripies me de contradictionibus populi: conſtitues me in caput Gentium.*

48. *Po-*

XV. *Motivo.* Egli è, che ci libera dalla moltitudine delle contradizioni, che noi proviamo in noi ſteſſi, a tutto ciò,

E 4

(1) Job XXVII. 9. XXXV. 12. Proverb. I. 28. Iſai. I. 15. Jerem. XI. 11. XIV. 12. Ezech. XVIII. 18. Mich. III. 4. Zachar. VII. 13.
(2) Zachar. X. 5.

in me ſunt credituri.

48. Gentilis hic populus, quem præſentia mea corporali non novi, mihi ſervivit: & ad ſolum auditum auris de fama mea mihi obedivit.

49. Verum Iſraelitæ, ceu filii exteri, & ſpurii, mentiti ſunt mihi, promiſſam fidem ſuam mihi negantes; qui filii exteri, & ſpurii inveterati remanſerunt in veteri ſtatu legis antiquæ; & claudicantes deviaverunt a ſemitis ſibi præſcriptis a Lege, & Prophetis, per quas veniendum erat ad me.

50. PROPHETA. Vivit in æternum Dominus, & benedictione, laudeque dignus eſt Deus cuſtos meus: & propterea agnoſcatur, & prædicetur excelſus Deus meus cuſtos ille ſalutis meæ.

51. Deus, qui mihi das poteſtatem ulciſcendi injurias tibi factas, populoſque reluctan-

48. *Populus, quem non cognovi ſervivit mihi: in auditu auris, obedivit mihi.*

49. *Filii alieni mentiti ſunt mihi: filii alieni inveterati ſunt, & claudicaverunt a ſemitis ſuis.*

50. *Vivit Dominus, & benedictus Deus meus: & exaltetur Deus ſalutis meæ.*

51. *Deus, qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub*

ciò, che egli vuole da noi, e che ci rende ſuperiori.

XVI. *Motivo.* Egli è, che ci fa vincere tutte le noſtre ripugnanze; di modo che le facciam ſervire a i ſuoi diſegni.

XVII. *Motivo.* Egli è, che ci fa camminare alla ſua preſenza come ſuoi figliuoli, e ſeguire le ſue vie con una fedeltà inviolabile.

XVIII. *Motivo.* Egli è, che fa che noi non cerchiamo ſe non la ſua gloria in tutto ciò, che operiamo colla ſua grazia.

XIX. *Motivo.* Egli è, che ci fa prendere vendetta contro noi me-

de-

dantes castigas, & subjicis sub me; quique mei liberator es de iraeundis inimicis meis.

sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.

desimi di tutte le nostre resistenze nel rendergli la gloria, che il nostro spirito superbo vuol sempre attribuire a se stesso.

52. Tu & ab iis, qui mihi resistunt, & contra me insurgunt, elevabis me; eisque superiorem facies; & a viro iniquo me liberabis.

52. *Et ab insurgentibus in me, exaltabis me:* (1) *a viro iniquo eripies me.* (2)

XX. *Motivo.* In fine egli è, che ci fa vincere tutte le opposizioni tanto interne quanto esterne, per restargli fedeli.

53. Propter hoc laudes tibi, Domine, debitas profitebor in Gentibus vocatis, tequè pro tua misericordia glorificantibus; psalmosque cantabo majestati tuæ.

53. *Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine: & nomini tuo psalmum dicam.*

Dare a Dio copiose lodi, e pubblicamente ringraziarlo,

54. Ipse profectò Deus est, qui magnas salvationes facit a se constituti Regis, & qui magnam fecit misericordiam eidem servo suo uncto in regem; nempe Davidi ejusque prognato Messiæ, totique progeniei Christianæ in æternum usque.

54. *Magnificans salutes regis ejus, & faciens misericordiam Christo suo David; & semini ejus, usque in sæculum.*

De' contrassegni sì eccellenti della sua protezione, e degli effetti della sua misericordia in favore di quei, che sono come David, secondo il suo cuore, e sommessi com' egli, a tut-

PSAL-

(1) Psalm. xviii. 2. (2) Rom. xv. 9.

a tutti i ſuoi veleri.

PSALMUS XVIII.

LOdare Iddio in ogni tempo, ed ardere di zelo di farlo lodare, e di far conoſcere l'eccesſo della carità di Gesù Criſto nel diſcendere dal Cielo in Terra, e nel riſalirvi per farſi ſeguire coll'ardore delle noſtre brame. Oſſervare fedelmente, e fino alle minime circoſtanze la legge, che egli è venuto a darci. Vegliare contro la vana compiacenza, che ſegue al bene, attribuendolo alla grazia di Dio.

Amare la legge di Dio con tutto il cuore; chiedere di continuo la grazia di adempierla.

In finem: Pſalmus David.

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus.

PROPHETA. Cæli ſuo aſpectu enarrant gloriam Dei, qui ipſos creavit: & firmamentum Cæli ſtellatum ſua pulchritudine annunciat quam miranda ſint opera potentiæ, & ſapientiæ Dei.

Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum ejus annunciat firmamentum.

Affaticarſi per ſollevarſi ad una ſantità ſoda, a fine di rendere a Dio una gloria immortale.

2. Dies unus, diei alteri ordinatiſſima lege ſuccedens, eloquitur quodammodo ſermonem evidentiſſimum de Deo, quod cuncta gubernet: & nox una nocti alteri ordinate ſuc-

2. *Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam.*

E dargli continue lodi tanto nel giorno della proſperità, quanto nella notte delle avverſità.

3. *Non*

Unirſi

ſuccedens, eamdem denunciat cognitionem Dei.

3. Non ſunt idiomata, nec genera ſermonum, ſive nationes in Mundo; a quibus cujuſvis linguæ hominibus non audiantur iſtiuſmodi voces eorumdem Cœlorum, & dierum, ac noctium.

3. *Non ſunt loquelæ, neque ſermones: quorum audiantur voces eorum.*

Unirſi con tutte le creature ad inſieme encomiarlo.

4. In univerſam namque terram pervagatus eſt tacitus ille ſonus, & vox eorumdem Cœlorum enarrans gloriam Dei: & ad terminos uſque orbis terræ pervenerunt ejuſmodi verba Cœlorum.

4. *In omnem terram exivit ſonus eorum: (1) & in fines orbis terræ verba eorum.*

Unirſi con quei, che eccitano tutti gli uomini a lodarlo, dandone loro la notizia,

5. Soli autem ſuum tabernaculum in iiſdem Cœlis Deus poſuit; & ipſe ſol mane prodit pulcherrimus veluti ſponſus pulcherrimè ornatus exiens de nuptiali cubili ſuo.

5. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* (2)

E quella di Gesù Criſto, come del ſole di giuſtizia, che ſgombra le loro tenebre, facendoli figliuoli della Chieſa, di cui egli è ſpoſo.

6. Qui ſol ſtatim, ac ortus eſt, ut fortiſſimus gigas exilivit ad currendam viam ſuam: ejuſque egreſſus eſt ab uno extremo Cœli in Oriente,

6. *Exultavit, ut gigas ad currendam viam: a ſummo Cœlo egreſſio ejus.*

Ammirare l'ardore della carità di Gesù Criſto, il quale è diſceſo dal Cielo in terra, per inſegnare agli uomini in qual modo

7. Et

7. *Et*

(1) Luc. XXIV. 46.

(2) Rom. X. 18.

7. Et motus, ac recursus ejus est usque ad aliud ejusdem Cœli extremum in Occidente: nec quisquam est qui se subtrahat ab ejusdem solis calore, eumque non sentiat.

7. *Et occursus ejus, usque ad summum ejus: nec est qui se abscondat a calore ejus.*

do essi debbono vivere per salirvi.

Ammirate altresì la potenza, con la quale egli salì al Cielo, e correrglì appresso a gran passi col nostro amore per lui, e col fervore de' nostri desiderj per questo felice soggiorno.

8. Lex Domini est sine macula, animasque convertit a malo in bonum; præceptum divinum, quod testatur nobis, quid Deus velit, aut vetet, fide dignum est, cui credatur, sapientesque facit eos, qui parvuli sunt propter errorem, & inscientiam.

8. *Lex Domini immaculata convertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.*

Osservare fedelmente la legge, che egli venne a darci; vivere nell' innocenza, nel distaccamento, nella fedeltà, e nell'umiltà, ch' ella richiede da noi.

9. Jura a Domino constituta recta sunt, animosque lætificant observantium ipsa. Mandatum Domini lucidum est, oculisque in erroris, & inscientiæ tenebris clarissimum lumen præfert.

9. *Justitiæ Domini rectæ lætificantes corda: præceptum Domini lucidum illuminans oculos.*

Non credersi giusto, se non nell' adempirla: non avere allegrezza se non nell' obbedirlo: persuadersi, che non è illuminato se non chi si conforma alla medesima.

10. Præceptum, quod timorem Domini docet, mundum est, & san-

10. *Timor Domini sanctus, permanens*

Temer sempre di mancarvi, anche nelle cose più leg-

ſanctum, permanetque in omnia ſæcula: Judicata, & decreta Domini vera ſunt, & omnia ad minimum uſque, æqua pariter, & juſta.

11. Hæc Domini præcepta deſiderabiliora ſunt quam aurum, & copioſus lapis prætioſus, & gemmæ: ſuntque animæ dulciora, quam palato mel favuſque redundans, atque diſtillans.

12. Nam & ſervus tuus, Domine, ea obſervat, experiturque dulciſſima: & pro illorum obſervatione magna a te merces retribuetur mihi.

13. At quis penitus noverit delicta erroreſque, quibus in Dei legem peccat? Ab erroribus igitur, & delictis meis, quæ mihi nunc ſunt occulta, tu, Domine, munda me: & a ſuperbis alienigenis, & iis, quorum mores alieni ſunt a lege tua,

nens in ſæculum ſæculi: judicia Domini vera juſtificata in ſemetipſa. (1)

11. *Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum:* (2) *& dulciora ſuper mel, & favum.* (3)

12. *Etenim ſervus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.*

13. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me:* (4) *& ab alienis parce ſervo tuo.*

14. *Si*

leggiere, e premunirſi in ſuo favore contro tutti i ragionamenti, che le ſono contrarj.

Riguardare tutti i ſuoi precetti, come coſe le più prezioſe del Mondo, ed amarli, come le più dolci, e più amabili.

Oſſervarli con piacere, ed aver di continuo preſenti allo ſpirito i beni, che ſaranno la ricompenſa di quei, che gli avranno adempiti.

Non dimenticarſi, quando anche eſeguiamo con maggiore fervore tutto ciò, che Iddio comanda, de i falli, che le noſtre tenebre, la noſtra debolezza, e le varie tentazioni ci fanno commet-

(1) Pſalm. cx. (2) Pſal. cxviii. 72. 127. Proverb. viii. 11.
(3) Pſalm. cxviii. 103. (4) Pſal. xxxix. 13.

tua, libera, illæſumque ſerva me ſervum tuum.

14. Si hi in me dominati non fuerint, tunc ero ſine macula criminis: & ero tunc mundus a quovis magno peccato.

15. Tunc quoque erunt in conſpectu tuo ſemper bene complacita verba laudum, & precum ore meo prolata: eritque coram te bene complacita & grata ſemper meditatio animi mei.

16. O Domine adjutor meus in bonis, & redemptor meus a malis, ne tradàr in ſervitutem.

14. *Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero*: (1) *& emundabor a delicto maximo*.

15. *Et erunt, ut complaceant eloquia oris mei*: (2) *& meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper*.

16. *Domine adjutor meus, & redemptor meus*.

mettere ſenza conoſcerli, a fine di umiliarci ſempre dinanzi a Dio.

Guardarſi ſempre da queſto ſegreto orgoglio, che s'inſinua così inſenſibilmente nelle buone opere, e nella vita più regolata.

Fuggire con ſollecitudine la vana compiacenza di ſe medeſimo, non compiacendoſi ſe non in Dio: occuparſi in lui, e metterſi ſovente alla ſua preſenza.

Confeſſare ſempre che non ſi può fare del bene, nè ritirarſi dal peccato ſenza il ſoccorſo della ſua grazia.

PSALMUS XIX.

IBuoni effetti della confidenza in Dio, ed i mali della confidenza in ſe ſteſſo. Qual deve eſſere il ſacrifizio di noi medeſimi. La ſalute deve eſſere il

(1) Pſalm. cxviii. 133.

(2) Pſalm. ciii. 34.

il fine di tutte le dimande, che facciamo a Dio. Dimandare unicamente la propria ſalute, dimandarla con confidenza, ed aggiugnervi il ſacrificio totale di ſe ſteſſo.

In finem: Pſalmus David.

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus.

PROPHETA. Dominus te ſibi ſupplicantem exaudiat in tempore tribulationis tuæ: teque inſtar clypei protegat majeſtas Dei, in quem Jacob Patriarcha credidit.

Exaudiat te Dominus, in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob.

Imitare la fiducia, che il patriarca Giacobbe nella ſua afflizione ebbe in Dio, affinchè queſti ſia noſtro protettore, come fu di lui.

2. De ſancto habitaculo ſuo emittat adjutorium tibi: & de medio Cherubim Arcæ collocatæ in monte Sion tibi ſuccurrat, teque roboret.

2. *Mittat tibi auxilium de Sancto: & de Sion tueatur te.*

Non aſſegnare limiti alla noſtra confidenza, affinchè eſſa giunga ſino al trono di Dio per ottenerne il ſoccorſo, che noi deſideriamo.

3. Demonſtret Dominus ſe memorem eſſe omnium ſacrificiorum tuorum, quæ olim ei obtuliſti: & victima iſta tua, quæ ex animantibus a te offertur, totaque igni conſumitur, tamquam pinguis, & grata oblatio habeatur illi.

5. *Memor ſit omnis ſacrificii tui: & holocauſtum tuum pingue fiat.*

Aggiugnere alla noſtra confidenza il ſacrificio totale di noi medeſimi, e di tutto ciò, che noi abbiamo; e farlo sì perfetto che non poſſa eſſer rigettato.

4. Det tibi Dominus ſecundum quod de-

4. *Tribuat tibi ſecun-*

Deſiderare unicamente ciò, che pia-

desiderat cor tuum: & omne consilium tuum, & voluntatem impleat, & implendo confirmet.

cundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.

piace a Dio, e non formare alcun disegno, se non dipendentemente da lui, acciocchè tutto ci riesca felicemente.

5. Et ita nos quoque collætabimur de salvatione tua divinitus facta: nosque omnes cum auxilio Domini Dei nostri triumphantes, majores erimus hostibus nostris.

5. *Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.*

Rallegrarsi santamente di avere ottenuto da Dio ciò, che si desidera, e renderne a lui la gloria.

6. Impleat igitur Dominus omnia quæcumque tu petieris eum: nunc certa spe cognovi, quod Dominus ita invocatus a nobis salvaverit illum a se unctum regem;

6. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi, quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.*

Non fare altre dimande a Dio, se non quelle, le quali hanno rapporto alla nostra salute, affinchè sempre si adempiano tutte.

7. Quodque de suo Cœlo sancto eum exaudiet; & quod ab ejusdem Dei dextera cum potentiis, & fortitudinibus magnis illius salvatio fiet.

7. *Exaudiet illum de Cœlo sancto suo: in potentatibus, salus dexteræ ejus.*

Riconoscere, che la salute è un effetto della sua onnipotenza, e ch'ella deve essere il fine di tutte le nostre dimande.

8. Alii quidem confidunt in curribus armatis; alii verò in equis bellatoribus: sed nos

8. *Hi in curribus, & hi in equis; (1) nos autem in no-*

Farle umilmente senza confidare nelle proprie forze, nè in quelle di

(1) Psalm. xxxii. 16. Proverb. xxi. 31. Isai. xxxi. 1.

nos nuinen Domini Dei noſtri invocabimus; & invocato eo, armatis militibus cum ſuis curribus, & equis majores erimus.

nomine Domini Dei noſtri invocabimus.

di alcun uomo.

9. Ipſi bellatores ligati ſunt compedibus, curvatique corruerunt victi: nos vero a conſternatione animi noſtri conſurrexim us.

9. *Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos autem ſurrexim us, & erecti ſumus.*

Non dimenticarſi giammai un momento, che dal confidare in noi ſteſſi procedono le noſtre cadute, e che non ci rialziamo, nè reſtiamo in piedi, ſe non per la confidenza in Dio.

10. Itaque, Domine, tu regem hunc noſtrum ſalva: noſque quacumque te die invocaverimus, exaudi clementer.

10. *Domine, ſalvum fac regem, & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.*

Chiedere a Dio pel proprio principe, che queſti ſia a lui ſempre ſottomeſſo ne' ſuoi diſegni, affinchè egli eſaudiſca ſempre le preghiere, che per eſſo facciamo.

PSALMUS XX.

LE coſe grandi, che ſuccedono in Gesù Criſto nella ſua riſurrezione, contrarie a quelle, ch'ei ha ſofferto nella ſua paſſione. Deſiderio ardente, col quale noi dobbiamo dimandare a Dio, che ne faccia ſentire gli effetti, ed i meriti ai peccatori.

Prender parte in tutto ciò che è avvenuto in Gesù Criſto

nella ſua paſſione, a fine di participare di tutto ciò che è ſeguito nella ſua riſurrezione.

In finem; Pſalmus David.

In perpetuum decantandus Pſalmus Davidi inſpiratus.

PROPHETA. Domine, de tua fortitudine lætabitur iſte rex noſter: & in ſalute a te ſibi allata nimium exultabit,

Domine, in virtute tua lætabitur Rex: & ſuper ſalutare tuum exſultabit vehementer.

Contemplar quì con piacere l'immenſo gaudio di Gesù Criſto nella ſua riſurrezione, la quale Iddio ſuo Padre fece ſuccedere alla ſtermina-ta triſtezza della ſua paſſione,

2. Tu enim dediſti ei quicquid animus ejus deſiderabat: eique non denegaſti quod volebat, ſuiſque labiis petebat.

2. *Deſiderium cordis ejus tribuiſti ei: & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum.*

L'effetto delle ſue domande, e l'adempimento di tutti i ſuoi deſiderj, che fece ſuccedere a i rifiuti, ed all'abbandonamento, nel quale egli rendè il ſuo ſpirito nelle di lui mani,

3. In te, inquam, rex exſultabit, quia anticipaſti eum tu benedictionibus, ac beneficentiis tuis benignis & ſuaviſſimis; & in capite ejus auream poſuiſti coronam ex vario lapide pretioſo contextam.

3. *Quoniam preveniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo.*

Le benedizioni, delle quali egli lo ricolma sì per lui, come per noi, in luogo delle maledizioni, di cui fu caricato; ed il cangiamento di una corona di ſpine, in una corona più preziosa, che quel-

4. Vi-

4. *Vi-*

la

la di tutti i Re,

4. Vitam petivit a te, & dediſti ei longitudinem dierum, duraturam in ſæculum, & in æternum.

4. *Vitam petiit a te: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.* (1)

La vita interminabile, che ei gli dà per ricompenſa della ſua morte,

5. Magna effecta eſt gloria ejuſdem Regis gloria ob ſalutem a te ſibi collatam; & novam adhuc in dies gloriam, majoremque honorem conferes in eum.

5. *Magna eſt gloria ejus in ſalutari tuo: gloriam, & magnum decorem impones ſuper eum.*

La gloria, alla quale eſſo lo innalza in Cielo, per eſſere ſtato racchiuſo pochi giorni nel ſepolcro.

6. Nam donabis eum benedictione, ac beneficentia tua in ſæcula omnia: eumque exhilarabis gaudio per aſpectum faciei tuæ.

6. *Quoniam dabis eum in benedictionem in ſæculum ſæculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.*

Contemplare, dico, quì con piacere Gesù Criſto, da ſegno, che fu di contradizione, propoſto agli Angeli, ed agli uomini da ſuo Padre per oggetto di compiacenza, e di benedizione,

7. Quoniam autem rex iſte in Domino ſperat, & non in ſe; idcirco per Altiſſimi Dei miſericordiam firmatus, in gradu ſuo non dimovebitur, neque ſpe ſua decipietur.

7. *Quoniam Rex ſperat in Domino: & in miſericordia Altiſſimi non commovebitur.*

E per l'oggetto della ſperanza de' peccatori, dopo averlo battuto, umiliato, ed abbandonato al loro furore.

8. In-

8. *In-*

(1) II. Reg. VII. 13.

8. Inveniatur ergo, Domine, manus tua punitrix ab omnibus inimicis tuis, qui huic regi ſervo tuo rebellant; tuaque ultrix dextera inveniat, & apprehendat omnes iſtiuſmodi hoſtes te odientes.

8. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.*

Chiedere a Dio, che ſtenda la ſua mano, ed adoperi la ſua potenza, non già per farli perire, ma bensì per ſalvarli, ſe eſſi porranno la ſperanza in Gesù Criſto ſuo figliuolo,

9. Eoſque in tempore, quo iratus apparebit aſpectus tuus, ardere facies inſtar furni ignescentis: Dominus præ juſta ira ſua terrefaciens, conturbabit eos, ac præcipitabit, igniſque devorabit eos.

9. *Pones eos, ut clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira ſua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.*

Che faccia loro evitare la ſventura di eſſer conſumati dal fuoco dell'Inferno, conſumandoli con quello del ſuo amore,

10. Fructum ventris, hoc eſt filios eorum juſto judicio tuo perire facies a terra ob peccata parentum: eorumque progeniem perdes, ac delebis de numero filiorum hominum.

10. *Fructum eorum de terra perdes: & ſemen eorum a filiis hominum.* (1)

Che faccia loro riportare li frutti del ſanto ſpirito, e laſciare a i loro poſteri degli eſempi, che ſiano per eſſi una ſemenza di pietà.

11. Quia ad te admoverunt mala, & injurias tibi faciendas ſunt aggreſſi: excogitaveruntque contra te conſilia ſceleſta, quæ tamen nequaquam perfice-

11. *Quoniam declinaverunt in te, mala: cogitaverunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabi-*

Che li tenga lontani dal male, al quale ſi ſono portati, e cangi i loro cattivi diſegni in ſante riſoluzioni di eſſergli

(1) Job XVIII. 19.

ficere, effectuque firmare potuerunt.

12. Eos tu namque fugabis, ac mihi dare terga coges: eorumque præterea faciem firmabis, ac parabis ad reliqua tua excipienda flagella.

13. Monstra te, Domine, excelsum esse in fortitudine tua: sicque nos cantabimus, psalmisque celebrabimus fortitudines tuas.

bilire.

12. *Quoniam ponces eos dorsum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.*

13. *Exaltare, Domine, in virtute tua: cantabimus, & psallemus virtutes tuas.*

gli sempre fedeli,

Che faccia loro rinunziare tutti i piaceri del Mondo, e muti in premio i gastighi, che essi meritano.

Desiderare ardentemente, che Iddio faccia altresì uso della sua potenza, facendo risplendere per mezzo di Gesù Cristo la sua misericordia; e contestargliene per mezzo de' cantici il nostro giubilo, e la nostra riconoscenza.

PSALMUS XXI.

PRedizioni delle principali circostanze della passione di Gesù Cristo, della sua risurrezione, della sua ascensione, della conversione de' Giudei, e de' Gentili, e dell'estremo giudizio.

Credere con viva Fede tutti i misterj di Gesù Cristo; e attaccarsi sì strettamente a lui, che non si abbia nulla a temere nel giorno estremo.

In finem: pro susceptione matutina: Psalmus David.

In perpetuum decantandus ſuper obtinenda a Chriſto poſt paſſionem matutina illa aſſumptione ad gloriam reſurrectionis; Pſalmus Davidi inſpiratus.

CHRISTUS. Deus meus, Deus meus, attende mihi cruci affixo: ut quid dereliquiſti me manibus ſævientium Judæorum? Nimirum a me ſalvando á morte longe te abeſſe faciunt, & impediunt negotia illa expiandorum delictorum Mundi, quæ tamquam mea in meo corpore perfero ſuper hoc lignum.

Deus Deus meus, reſpice in me: quare me dereliquiſti? (1) *longe a ſalute mea verba delictorum meorum.*

Contemplare, con una ſanta meſtizia gli abbandonamenti, e le pene di Gesù Criſto nella ſua paſſione, e nella ſua morte per ſoſtenerci nelle noſtre.

2. Deus meus, ad te clamabo die, & tu me precantem non confeſtim exaudies: ad te noctu quoque clamabo, nec erit ſilentium mihi; idque non imputabitur mihi ad inſcitiam, & imprudentiam, quia poſt tres dies exaudies, a morte me reſuſcitando.

2. *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies:* (2) *& nocte, & non ad inſipientiam mihi.*

Gridare á Dio, come egli fece ſenza ſtancarſi, e ſenza lagnarſi di non eſſere eſauditi.

3. Profectò in ſanctuario tuo glorioſus inhabitas, ò tu, quem cunctus Iſraeliticus populus laudat.

3. *Tu autem in ſancto habitas: laus Iſrael.* (3)

Lodare Iddio egualmente, e per la ſua ſantità, che lo allontana da i peccatori, e per

4. Pro-

4. *In*

la

(1) Matth. xxvii. 46. Marc. xv. 34. (2) Pſalmus lxviii. 4.
(3) Exod. xv. 2. 11.

la ſua bontà, che ad eſſi lo accoſta.

4. Progenitores noſtri Abraham, David cæterique in te ſperaverunt: ſperaverunt inquam, in te, & tu eos liberaſti a tribulationibus ſuis.

4. *In te ſperaverunt patres noſtri: ſperaverunt, & liberaſti eos.*

Rappreſentargli gli effetti della ſua bontà verſo gli afflitti, per parteciparne ancor noi.

5. Ad te illi clamaverunt, & a te ſalvati ſunt: in te iidem ſperaverunt, & pudore non ſunt ſuffuſi, ceu deluſi a ſpe in te ſua.

5. *Ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt: in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi.* (1)

Rappreſentarli a noi medeſimi, a fine d'invigorire la noſtra pazienza, e di animare la noſtra ſperanza.

6. Ceterum ego ut vermis potius, quam ut homo nunc reputor a Judeis; & ſum is, quem hominis probris, ac vituperiis afficiunt, & quem populus iſte rejicit, & pro re nihili deſpicit.

6. *Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis.* (2)

Ammirare la profonda umiltà di Gesù Criſto a fine di non avere ſe non baſſi ſentimenti di noi medeſimi.

7. Omnes præterеuntes, ſpectantes me cruci affixum, aſpernantes ſubſannabant me: locuti ſunt labiis ſuis blaſphemantes me, & inſultantes: movebant caput ſuum, de me cum joco dicentes;

7. *Omnes videntes me, deriſerunt me:* (3) *locuti ſunt labiis, & moverunt caput.*

Riguardare con iſtupore l'eccesſo delle ſue umiliazioni, ad effetto di conſolarci in quelle, che noi avremo a ſoffrire.

8. *Confiſus eſt iſte in Domino; is ergo nunc li-*

8. Speravit in Domino, eri-

Conſiderare il diſprezzo, che ſi è fat-

(1) Pſalm. XXIV. 3. XXX. 2. Iſai. XLIX. 23.
(2) Iſai. LIII. 3.
(3) Matth. XXVII. 39. Marc. XV. 29.

26. *Exurge & intende judicio meo: Deus meus, & Dominus meus, in cauſam meam.*

E dimandandogli umilmente di farci giuſtizia.

27. Fac pro me judicium prout poſtulat juſtitia, & magna miſericordia tua, Domine Deus meus, & ne, quæſo, ſuper malo meo illi gaudeant inſultantes mihi.

27. *Judica me ſecundum juſtitiam tuam, Domine, Deus meus: & non ſupergaudeant mihi.*

Scongiurarnelo per la ſua rettitudine.

28. Et ne dicant de me in cordibus ſuis: *Vah vah, bene bene eſt animo noſtro; res ſucceſſit ſecundum deſideria noſtra*, & ne de me dicant: *Jam abſorbuimus ſanguinem ejus a nobis fuſum.*

28. *Non dicant in cordibus ſuis:* Euge euge animę noſtræ: (1) *nec dicant*: Devoravimus eum.

Per l'intereſſe ch'egli ha d' impedire, che i malvaggi non alzino trofei delle loro ingiuſtizie,

29. Ejuſmodi ſpe ſua fruſtrati, erubeſcant & pudefiant pariter ii, qui gaudent de malis meis,

29. *Erubeſcant, & reveream tur ſimul, qui gratulantur malis meis.*

E per la neceſſità, che vi è di umiliare il loro orgoglio.

30. In-

30. *In-*

Di-

(1) Pſalm. xxxix. 16.

30. Induanturque pudore, & verecundia, qui magna & faſtuoſa verba loquuntur contra me.

30. *Induantur confuſione & reverentia: qui magna loquuntur ſuper me.*

Dimandargli, dico, di coprirli di vergogna, e di confuſione per provenire le conſeguenze di un sì cattivo eſempio.

31. E contrario autem exultent & letentur, qui amant juſtam hanc cauſam meam, eique favent, dicantque ſemper ita: *Magnus agnoſcatur & prædicetur Dominus*, ita inquam dicant quotquot volunt & deſiderant pacem & ſalutem mihi ſervo Dei.

31. *Exultent & lætentur, qui volunt juſtitiam meam*, (1) *& dicant ſemper:* Magnificetur Dominus, *qui volunt pacem ſervi ejus.*

Deſiderate con tutto il cuore, che quelli, che ſono accuſati ingiuſtamente, reſtino giuſtificati, e Iddio ſia glorificato.

32. Et tunc maxime, cum me liberaveris ab adverſariis meis, lingua mea ex meditabundo corde loquetur & prædicabit juſtitiam tuam, Domine, totaque die eadem lingua mea ex cordis meditatione loquetur laudem tuam.

32. *Et lingua mea meditabitur juſtitiam tuam: tota die laudem tuam.*

Rendere gloria a Dio per la giuſtizia, che avrà loro fatta, e dargliene mille lodi.

PSALMUS XXXV.

ECceſſo di delitti, a cui ſi porta il peccatore. La ſola miſericordia di Dio diſtingue quei, che non vi

(1) Pſalm. xxxix. 17.

vi ſi portano. Tre gradi fra gli uomini, i peccatori, gl'imperfetti, i perfetti. Non ſi ſuſſiſte in queſto ſtato ſe non per mezzo di una grande vigilanza. Temere di caderne. Ricordarſi della caduta degli Angeli, e che ſiamo uomini.

Di continuo aver preſente la caduta degli Angeli, e degli uomini a fine di vivere con umile diffidenza di ſe ſteſſi.

In finem, ſervo Domini, ipſi David.

In perpetuum decantandus Pſalmus, inſpiratus Davidi ſervo Domini.

PROPHETA. Iniquus homo intra ſemetipſum, & in corde ſuo cogitavit peccare: quia non eſt ullus Dei timor coram oculis mentis ejus.

Dixit injuſtus, ut delinquat in ſemetipſo: non eſt timor Dei ante oculos ejus.

Penſare con orrore allo ſtato di un peccatore, che ha perduto tutto il timore di Dio per peccare più arditamente.

2. Et quia coram eodem Deo omnia vidente veritus non eſt agere doloſe; & eo uſque progreditur, ut ejus iniquitas veniat in odium execrabile omnium.

2. *Quoniam doloſe egit in conſpectu ejus: ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.*

Penſare queſta orribile circoſtanza, la quale aggrava tutti i peccati, che egli commette.

3. Sermones oris ejuſdem iniqui hominis ſunt iniqui atque doloſi, & noluit mente recogitare, ut bene faceret.

3. *Verba oris ejus iniquitas & dolus: noluit intelligere, ut bene ageret.*

Conſiderare l'orribile ſtato di rinunziare al lume, a fine di non fare ſe non opere di tenebre, e conſeguentemente d'eſſere in pericolo di non dire una paro-

4. No-

4. *Ini-*

la,

4. Noctu quoque in ſuo lecto vigilans iniquum aliquid cogitavit, adſuitque paratus & promptus ad capeſſendum quodvis genus vitæ non bonæ: malitiam porro nec animo ſaltem eſt averſatus.

5. Domine, in Cœlum uſque immenſa pertingit tua miſericordia erga peccatores: ſed & fidelitas tua in dictis atque promiſſis altiſſima extenditur uſque ad nubes.

6. Nam juſtitia tua magna eſt, & incomprehenſibilis, ceu inacceſſibiles montes proceriſſimi a te Deo creati: & juſta decreta tua inſcrutabilia ſunt, ceu multa profunditas aquarum impenetrabilis.

7. Providentia tua, Domine, tum homines, tum pecora ab in-

4. *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo:* (1) *aſſitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odivit.*

5. *Domine, in Cœlo miſericordia tua:* (2) *& veritas tua uſque ad nubes.*

6. *Juſtitia tua ſicut montes Dei: judicia tua abyſſus multa.* (3)

7. *Homines & jumenta ſalvabis, Domine: quem-*

la, o di farè un opera, che non ſia peccato.

Di non penſare altro, che ai mezzi di renderſi più colpevole, di ſlontanarſi da tutte le vie, che conducono al bene; di non amar altro che far male.

Riconoſcere umilmente, che il non eſſere ſotto queſto miſerabile ſtato, e il rientrare nella verità abbandonata dai peccatori, ſono effetti della miſericordia di Dio.

Adorare la profondità de' giudizj di Dio ſu queſti due ſtati sì differenti, che dividono tutti gli uomini:

Adorare altresì l'ampiezza della ſua miſericordia, ver-

(1) Oſeæ VII. 6. Michæ II. 1.
(2) Pſalm. LVI. 11. CVII. 5.
(3) Rom. XI. 33.

teritu ſervabis, dans vitam & eſcam omnibus viventibus: o quantum multiplicaſti dona miſericordiæ tuæ Deus erga animantia cuncta!

8. Sed & filii Adam præterea ſperabunt in tegumento & umbra alarum tuarum, & tuitione tua.

9. Qui velut inebriabuntur a pinguedine ineffabili bonorum domus tuæ: eoſque plene potabis deliciis tuis in modum torrentis copioſe fluentibus.

(1) *quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus.*

8. *Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt.*

9. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: (2) & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* (3)

verſo i giuſti imperfetti, i quali ſalva inſieme coi perfetti.

8. Ammirare l'eccesſo dell'amor di Dio per noi, e riporre in lui tutta la noſtra ſperanza.

Non aver altro deſiderio, nè altro ardore, che per gli piaceri, che ſi guſtano nel ſervirlo, e dimenticarſi, come per una ſanta ubriachezza, di tutti gli altri.

10. Nam apud te eſt fons, & ſcaturigo vitæ; & per lumen a te datum veram nos videbimus lucem.

10. *Quoniam apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.*

Stimare collocato in iſtato di morte chiunque non vive per Dio, e nelle tenebre chiunque non ſi conduce col ſuo lume.

11. Extende itaque dona miſericordiæ tuæ in eos, qui te agnoſcunt, & colunt; tuæque juſtitiæ effectus extende ad defendendos eos, qui rectum animum

11. *Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te: & juſtitiam tuam his, qui recto ſunt corde.*

12. *Non*

Fatigare per rendersi degni della ſua miſericordia, e porſi in iſtato, ch' egli poſſa adempiere in noi le promeſſe, che ha fatto

L a pro-

[1] 1. Timoth. iv. 10. [2] Pſalm. xxv. 5.
[3] Job. xx. 17. Apocal. xxii. 1.

mum habent.

a pro di coloro, che lo ſervono con purità di cuore.

12. Ne, quæſo, contra me veniat pes alicujus ſuperbi, ne me ſupplantet: neque manus & operatio alicujus peccatoris me concutiat, & fluctuare faciat.

12. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatoris non moveat me.*

Conſervare, con gran cura l' umiltà contro le vane compiacenze, che naſcono troppo ordinariamente da una vita regolata, e dalle lodi, che ſe le danno.

13. Ibi apud te, ſcilicet, & coram oculis tuis corruerunt in perpetuam ruinam operantes id quod iniquum eſt: expulſique ſunt ab uberrima domo tua, nec potuerunt amplius ad eam ſurgere, in eaque ſtare.

13. *Ibi cæciderunt, qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.*

Aver ſempre preſente l'eſempio terribile della caduta degli Angeli, che la vana compiacenza in loro medeſimi ha cangiati in Demonj, e precipitati dal Cielo nell'Inferno.

PSALMUS XXXVI.

LA differente condotta del peccatore e del Giuſto verſo Dio; e quella di Dio verſo il Giuſto e il peccatore.

Perſuaderſi, che il peccatore non merita di ricevere da Dio ſe non ſupplizj, ed il Giuſto ha tutto il fondamento di ſperare grazie.

Pſalmus, ipſi David.

Pſalmus Davidi inſpiratus.

PROPHETA. Ne provo- *Noli æmulari* Eſaminare con at-

voceris ad iram ob malignos homines honoribus atque divitiis florentes, nec invideas aut imiteris ejuſmodi facientes id quod eſt iniquum.

2. Quia tales homines cito exareſcent & conterentur, ſicut cito areſcit herba: & cito marceſcent & a ſua fœlicitate excident, ſicut cito marceſcunt olera virentia.

3. Sed ſpem tuæ fœlicitatis colloca in Domino, & id quod bonum eſt facito, & bono animo ut peregrinus habita in terra, & ſufficienter ad alendam vitam paſceris copioſis fructibus ejuſdem terræ.

4. Pone tu oblectamentum tuum in ſolo Domino, & dabit ipſe tibi quæcumque petierit ab eo cor tuum,

5. Fidenter detege & expone Domino negotia neceſſitateſque vitæ tuæ, & committens

lari in malignantibus: (1) *neque zelaveris facientes iniquitatem.* (2)

2. *Quoniam tamquam fœnum velociter areſcent: & quemadmodum olera herbarum cito decident.*

3. *Spera in Domino & fac bonitatem: & inhabita terram, & paſceris in divitiis ejus.*

4. *Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.*

5. *Revela Domino viam tuam,* (3) *& ſpera in eo: & ipſe*

attenzione la condotta, e la ſorte differente del peccatore, e del giuſto a fine di non invidiare la felicità del peccatore.

Il peccatore riſplende come l'erba, da ciò, ch' eſſo trae dalla terra, ove è attaccato.

Il giuſto per lo contrario non ha altra mira, che pel Cielo: eſſo unisce la ſperanza di giungervi ad una vita ſanta, e guſta del ripoſo, e della tranquillità.

Egli ottiene da Dio tutto ciò, che vuole, nè gli piace altro, ſe non ciò, che piace a Dio.

Eſpone a lui il proprio ſtato, colloca in lui la propria ſperanza, aſ-

(1) Prov. XXIII. 17. XXIV. 1. 19. (2) Pſalm. LXXII. 3.
(3) Pſalm. LIV. 23. Prov. XVI. 3. 1. Petr. V. 7.

tens ei te, in eo confide; nam & ipſe faciet, quod tibi utilius erit.

6. Et ſuo tempore in apertum proferet ceu claram lucem, juſtitiam innocentiamque tuam, ſi forte per calumniam fuerit denigrata: & proferet palam ceu meridianum ſolem juſtitiam cauſæ tuæ, & juſtam pro eo ſententiam: interim ſubde te Domino: ne obmurmures, ſed tace ad ejus judicia eique ſupplica.

7. Itaque ne provoceris ad iram ob eum, qui proſperos ſucceſſus habet in hac temporaria vita ſua; ob hominem, inquam, vitæ proſperæ, qui res facit iniquas.

8. Ceſſa ab ejuſmodi ira; conceptumque furorem derelinque: ne provoceris ad æmulationem cum iſtiuſmodi hominibus malis, fœlicibus licet; ne tu quoque eos imitando malus efficiaris & malefacias.

9. Quia ii, qui malefaciunt, cito interibunt morte perpetua: qui

ipſe faciet.

6. Et educet quaſi lumen juſtitiam tuam, & judicium tuum tamquam meridiem: ſubditus eſto Domino & ora eum.

7. Noli æmulari in eo, qui proſperatur in via ſua: in homine faciente injuſtitias.

8. Deſine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari, ut maligneris.

9. Quoniam qui malignantur exterminа-

petta con pazienza ciò ch'egli diſporrà di lui.

A lui è ſottomeſſo, il prega, ed aſpetta, che gli piaccia difendere la ſua innocenza.

Il peccatore ſegue la propria via, il proprio diſegno, i proprj progetti, ed impiega i peccati, e le ingiuſtizie per riuſcirvi.

La ſua felicità apparente per l'eſito delle ſue intrapreſe irrita, e tenta le perſone dabbene.

Ma Iddio vendicatore delle ſue ingiuſtizie lo e-

ſter-

qui verò patienter expectant ſibi opitulatorem Dominum, ipſi hæreditario perpetuoque poſſidebunt terram, ut ſerius cum regnabunt in Cœlo, & ſuper terram novam, poſt diem judicii.

nabuntur: ſuſtinentes autem Dominum, ipſi hæreditabunt terram.

ſterminerà,

10. Et certe adhuc modicum tempus tranſibit, & poſtea non erit amplius in ſua fœlicitate peccator: & cogitatione tua illius locum opulentum, ſtatumque fœlicem quæres: nec opulentiam illam invenies, nec fœlicitatem.

10. *Et adhuc puſillum, & non erit peccator: & quæres locum ejus, & non invenies.* (1)

E lo diſtruggerà in tal maniera, che non ſi troverà alcun ſegno, ch'egli ſia ſtato giammai.

11. E contrario mites probique homines hæreditario poſſidebunt terram ei regnantes æternum: ſeſeque oblectabunt multa pace ac fœlicitate perpetua.

11. *Manſueti autem hæreditabunt terram:* (2) *& delectabuntur in multitudine pacis.*

Il giuſto per lo contrario, che ha ſofferto le ingiuſtizie di lui ſenza mancare alla manſuetudine, gioirà nell'abbondanza de' beni in una perfetta tranquillità.

12. Peccator attente cogitabit, & obſervabit hominem juſtum, ut illi noceat, & dentibus ſuis frendet adverſus eum.

12. *Obſervabit peccator juſtum: & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.*

Il peccatore non cerca altro, che ſecondare l'odio crudele, che porta al giuſto,

13. Sed Dominus pec-

13. *Dominus*

Senza conſide-

(1) Job. VII. 10. XX. 9.

(2) Matth. V. 4.

peccatorem illum deridebit, quia prævidet, quod cito veniet dies ultima ejuſdem peccatoris, in qua ſupplicio deſtinabitur æterno.

nus autem irridebit eum: (1) *quoniam proſpicit, quod veniet dies ejus.*

rare, che Iddio ſi fa beffe de' ſuoi diſegni, i quali ſaranno prevenuti dalla ſua morte.

14. Peccatores eduxerunt gladium e vagina furentes; in ſuoque arcu nervum intenderunt.

14. *Gladium evaginaverunt peccatores: intenderunt arcum ſuum;*

Egli paſſa dalle inſidie, che egli tende per ruinare il giuſto, ad una guerra dichiarata.

15. Ut emiſſis arcu ſagittis percuſſos in terram ſternant egenum & pauperem: & ut evaginato illo gladio ſuo interficiant eos, qui recto ſunt animo, modoque vivendi.

15. *Ut dejiciant pauperem & inopem: ut trucident rectos corde.*

Gli baſta per volere rapirgli i beni, e la vita, ch' ei ſia ſenza difeſa, e ſenza riſentimento.

16. Sed gladius ipſe eorum adverſus juſtos evaginatus, ingrediatur in corda ipſorummet peccatorum juſto judicio Dei: & arcus ipſe ab eis contra pauperes tentus, infringatur.

16. *Gladius eorum intret in corda ipſorum: & arcus eorum confringatur.*

Ma ſoffre più egli medeſimo dalla propria paſſione, e rabbia, che non poſſa dargli pena.

17. Melius utiliuſque eſt homini juſto parum quid & modicum alimentorum, quam divitiæ multæ peccatorum.

17. *Melius eſt modicum juſto, ſuper divitias peccatorum multas.*

Non vede, che biſogna poco a chi nulla deſidera:

18. Nam

18. *Quo-*

E che

(1) Pſalm. 11. 4.

18. Nam brachia & robora peccatorum confringentur : corroborat autem & ſublevat juſtos Dominus.

18. *Quoniam brachia peccatorum conterentur* : (1) *confirmat autem juſtos Dominus.*

E che colla ſua pazienza renderà inutili tutti i ſuoi ſforzi.

19. Dominus agnoſcit & approbat probum curſum dierum hominum ſine macula flagitii & facinoris viventium : eorumque hæreditas incontaminata & immarceſcibilis erit æterna.

19. *Novit Dominus dies immaculatorum : & hæreditas eorum in æternum erit.*

Ammirare come Iddio ſi compiace di fortificare il Giuſto, ed eſercitare la ſua pazienza per poi coronarlo :

20. Ipſi immaculati homines tempore adverſitatis non ſuffundentur pudore ceu derelicti a Domino, & in diebus, in quibus charitas & annonæ penuria fuerit ipſi ſatiabuntur : cæterum peccatores omnes peribunt.

20. *Non confundentur in tempore malo : & in diebus famis ſaturabuntur*, (2) *quia peccatores peribunt.*

E per cambiare in gloria la confuſione, di cui il peccatore lo ha ricoperto, e rendergli in abbondanza i beni, de' quali eſſo lo ha ſpogliato.

21. Et inimici Domini ſtatim ac fuerint glorioſi effecti, & excelſi in hac vita : conſumpti mox cum tota illa gloria ſua conſumentur, ſicut fumus conſumitur & evaneſcit.

21. *Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint, & exaltati : deficientes quemadmodum fumus deficient.*

Riguardare come in un iſtante tutto il tempo della gloria del peccatore, e ſtimarla, come un fumo.

22. Pec-

22. *Mu-*

(1) Pſalm. IX. 15.

(2) Pſalm. XXXII. 19.

22. Peccator ab aliis mutuum accipiet & non reddet debitum: justus vero aliis misericorditer dat, & benigne semper largietur.

22. *Mutuabitur peccator & non solvet: Justus autem miseretur, & tribuet.*

Considerare l' uso differente, che il peccatore, ed il Giusto fanno del bene.

23. Nam qui Domino benedicunt & deserviunt hæreditario possidebunt terram: qui vero eidem Domino maledicunt blasphemiis, operibusque malis, interibunt.

23. *Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.*

Considerare altresì, quante sventure seguono il peccatore, e quante benedizioni accompagnano il Giusto.

24. Gressus actionesque hominis Justi a Domino bene dirigentur & firmabuntur; ejusque Justi itineri vitæ bene, volet Dominus, illudque vehementer amabit.

24. *Apud Dominum gressus hominis diriguntur: & viam ejus volet.*

I. Siccome Iddio è il fine, che il Giusto si propone in tutti i propri disegni, egli ne favorisce l'esito.

25. Quare cum Justus ceciderit non perfractus collabefiet: quia vicissim Dominus veluti sua manu supposita sustentat & firmat manum illius, ne penitus allidatur.

25. *Cum ceciderit non collidetur: (1) quia Dominus supponit manum suam.*

II. Se fa qualche caduta per umana fragilità, Iddio ne previene le conseguenze, e glie la fa riparare.

26. Fui ego olim puer & junior; siquidem nunc jam factus sum senex; & nunquam ego David vidi hominem

26. *Junior fui, etenim senui: & non vidi justum derelictum, nec semen*

III. Se Iddio lo priva de' beni temporali, lo ricolma insieme colla sua posterità de' beni spi-

(1) Prov. xxiv. 16. 1. Corinth. iv. 9.

nem Juſtum & eleemoſynarium penitus derelictum a Deo; nec unquam ego vidi ejuſmodi hominis progeniem emendicantem alimenta neceſſaria, eiſque indigentem.

men ejus quærens panem.

ſpirituali.

27. Ejuſmodi juſtus eleemoſynarum erogator omni die miſericorditer aliis donat & commodat vel dat mutuum: & nihilominus progenies ejus ſemper in benedictione erit, & abundantia rerum.

27. *Tota die miſeretur, & commodat:* (1) *& ſemen illius in benedictione erit.*

IV. Se glieli concede, eſſo Giuſto ſe ne ſerve per alleggerire la miſeria, ed il il biſogno degli altri, e ciò gli fa meritare nuovi favori.

28. Itaque ceſſa & recede a re mala facienda; & id quod bonum eſt, facito, & ita inhabita terram rognaturus ſuper eam in ſæcula ſempiterna.

28. *Declina a malo & fac bonum:* (2) *& inhabita in ſæculum ſæculi.*

Animarſi per la viſta di tali differenze fra il peccatore, ed il Giuſto alla fuga del male, ed alla pratica del bene.

29. Nam Dominus diligit id quod eſt juſtum & rectum: ſuoſque ſanctos miſericordes homines non derelinquet in ſuis neceſſitatibus: qui ſancti ab eo cuſtodientur in æternum ſine malo.

29. *Quia Dominus amat judicium, & non derelinquet ſanctos ſuos: in æternum conſervabuntur.*

Amare la giuſtizia, e vivere in un totale abbandonamento di ſe medeſimo nelle mani di Dio.

30. Injuſti quidem e terra expellentur & punien-

30. *Injuſti punientur: & ſe-*

Conſiderare ancora queſte differen-

(1) Pſalm. cxi. 9. (2) Pſalm. xxxviii. 15.

nientur: impiorumque mala posteritas imitatrix malorum parentum ab eadem terra exterminabitur & peribit.

semen impiorum peribit.

renze fra il peccatore, ed il Giusto, il peccatore, e la sua iniqua posterità saranno l'oggetto delle vendette di Dio:

31. At justi tamquam hæredes perpetuo possidebunt terram in cœlo regnantes: & super eam inhabitabunt in sæcula sempiterna,

31. *Justi autem hæreditabunt terram:* (1) *& inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.*

Il Giusto dei divini favori, e delle grazie.

32. Os justi ex jugi cordis meditatione loquetur non stulta & vana, sed cœlestis sapientiæ verba: ejusque lingua id quod justum est & æquum, & cum judicio semper & prudentia loquetur.

32. *Os justi meditabitur sapientiam:* (2) *& lingua ejus loquetur judicium.*

Qualunque male egli soffra niuna cosa gli uscirà dalla bocca se non saggia, e giudiziosa.

33. Nam in ipsius Justi mente & cordis affectu est lex Dei sui, & ideo gressus, actionesque ejusdem Justi non impedientur, ut deficiant, & prolabantur a recta via.

33. *Lex Dei ejus in corde ipsius:* (3) *& non supplantabuntur gressus ejus.*

Egli ha la legge di Dio per regola della sua condotta: Non farà passo falso.

34. Peccator callide attendit & animadvertit hominem justum & quærit, ut occidat eum.

34. *Considerat peccator Justum: & quærit mortificare eum.*

Considerare finalmente il peccatore infuriato contro il Giusto per rovinarlo,

35. Sed

35. *Do-*

(1) Prover. II. 21.
(2) Proverb. XXXI. 26.
(3) Deuter. VI. 6. Psalm. XXXIX. 9. CXVIII. 11. Isai. LI. 7.

35. Sed Dominus non derelinquet Juſtum in peccatoris manibus & poteſtate : nec Juſtum illum condemnabit , cum contra illum tamquam reum fiet a peccatore judicium & ſententia proferetur.

35. *Dominus autem non derelinquet eum in manibus ejus : nec damnabit eum cum judicabitur illi.*

E Dio tutto applicato a difenderlo ,

36. Igitur patienter expecta , quæ tibi daturus eſt Dominus ; & interim cuſtodi viam rationemque vivendi , quam tibi ſervandam præcepit: & ipſe te exaltabit , ut hæreditario perpetuoque terram poſſideas : cum peccatores interibunt, tunc experimento videbis & peccatorum ſupplicia & præmia Juſtorum.

36. *Expecta Dominum , & cuſtodi viam ejus: & exaltabit te,ut hæreditate capias terram , cum perierint peccatores, videbit .* (1)

Ad inalzarlo alla gloria, e colmarlo di beni ,

37. Vidi ego impium robuſtum ſupra modum exaltatum , eumque fortiſſimum , & in altum elevatum inſtar altiſſimarum cedrorum montis Libani.

37. *Vidi impium ſuperexaltatum,(2) & elevatum ſicut cedros Libani :*

Ad umiliare il peccatore a proporzione del ſuo orgoglio ,

38. Et paulo poſt per eam viam tranſivi, qua illum videram ; & ecce (mirum dictu !) non erat ille amplius in ſublimitate ſua priſtina, & altitudine , illumque di-

38. *Et tranſivi , & ecce non erat : & quæſivi eum , & non eſt inventus locus ejus.*

39. *Cui*

E ad abbaſſarlo tanto, quanto egli ha voluto inalzarſi.

Ab-

(1) Pſalm. cx. 8.

(2) Job. v. 3.

diligentius perquiſivi ; & non eſt repertus ne quidem locus , & veſtigium excellentiſſimæ claritudinis ejus .

39. Cuſtodi ergo morum innocentiam , & ſimplicitatem ; & aſpice ſemper in id, quod rectum eſt & æquum , ut id tantum cogites & facias , quia homini , qui cum omnibus pacem habere curat , ſupererunt poſt hanc vitam virtutis ſuæ reliquiæ ſplendidæ, pax & fœlicitas ſempiterna .

39. *Cuſtodi innocentiam , & vide æquitatem : quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico .*

Abbracciare la giuſtizia , vivere nella innocenza a viſta de' gran beni , che la ſeguono .

40. Injuſti autem omnes pariter interibunt : ſed & impiorum reliquiæ , decus ſcilicet & gloria , proles ac reſiqua omnia pariter peribunt .

40. *Injuſti autem diſperibunt ſimul: reliquiæ impiorum interibunt .*

Rinunziare al peccato a viſta delle ſciagure , che ſono inevitabili .

41. Cæterum Juſtorum ſalus a Domino venit : qui Dominus & eorum eſt fortiſſimus inſtar clypei protector opportunus tempore , quo tribulantur .

41. *Salus autem Juſtorum a Domino : & protector eorum eſt in tempore tribulationis .*

Rendere a Dio tutta la gloria della propria ſalute .

42. Et eis auxiliabitur Dominus , eoſque liberabit , liberabit , inquam , eos & exi-

42. *Et adjuvabit eos Dominus : & liberabit eos,(1) &*

Confeſſare, che queſta ſi deve alla ſua protezione , al ſuo ajuto , ed alla cu-

(1) Iſai. xxxi. 5.

eximet à peccatorum manibus ac poteſtate: & eoſdem Juſtos ab omni malo ſalvabit, eo quod non in ſe ipſis, ſed in Deo omnipotente ſperaverint.

& eruet eos a peccatoribus, & ſalvabit eos, quia ſperaverunt in eo.

cura, ch'egli ha avuto di preſervarci dal peccato, e di ſoſtenerci contro coloro, che in eſſo ci volevano indurre.

PSALMUS XXXVII.

I Cattivi effetti delle paſſioni. Il diſprezzo, che ſi deve fare de' godimenti e de' piaceri del Mondo, per gemere dinanzi a Dio de' ſuoi peccati, e ripararli con la penitenza. Oſtacoli, che s'incontrano per parte de' proſſimi, e degli amici alla propria converſione. Fermezza, colla quale è d'uopo ſoſtenerſi contra di loro. Non aſpettare ſe non da Dio la perſeveranza.

Amare tutto ciò, che rende perfetta la noſtra converſione, e odiare tutto quello che l'impediſce.

Pſalmus David: in rememorationem de Sabbato.

Pſalmus Davidi inſpiratus ad commemorationem ſuorum peccatorum, in Sabbato decantandus.

PROPHETA. Domine, ne, quæſo, in tuo veluti furore & ſeveritate coarguas & convincas me de peccatis meis: & ne ex tua velut ira, nimis magna pœna me caſtiges.

Domine, ne in furore tuo arguas me: (1) *neque in ira tua corripias me.*

Domandare a Dio, che non ci riprenda da padrone, ma ci gaſtighi da padre.

2. Nam

2. *Quo-*

Ri-

(1) Pſalm. VI. 2.

2. Nam dolores pungentes a te mihi infligi, quasi sagittæ me penetrarunt: & punitricem manum tuam gravi ictu & mora obfirmasti super me.

2. *Quoniam sagittæ tuæ* (1) *infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.*

Ricevere con amore le pene della vita presente, per grandi, ch'esse ci appariscano.

3. Non inest sanitas ulla carni corporis mei causa tuæ erga me indignationis justissimæ: & nulla est pax & quies interioribus meis causa peccatorum meorum, quæ plagas tantas commetuerunt justissime.

3. *Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.* (2)

Restar convinti de' funesti effetti del peccato, e delle turbolenze, nelle quali ci gettano le nostre passioni.

4. Nam iniquitates meæ præ magno numero transcenderunt caput meum, instar excrescentium aquarum me submergentes: & gravis oneris instar nimio pondere pœnarum aggravatæ sunt super me.

4. *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus grave gravatæ sunt super me.*

Sentirne vivamente il peso a fine di non esserne oppressi.

5. Livores & ulcera mea fœtuerunt, & tabifica sanie putrefacta sunt: idque factum est causa amentiæ illius meæ, qua te Deum contempsi.

5. *Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: a facie insipientiæ meæ.*

Far consistere la saviezza in non differire la nostra guarigione per mezzo della penitenza, per non rendere il male incurabile.

6. Miseriis afflictus sum,

6. *Miser factus*

Riconoscere la pro-

(1) Job VI. 4.

(2) Psalm. VI. 3.

ſum, & pœnarum pondere incurvatus ſum nimis & nunc uſque perpetuo totaque die mœrens ambulabam.

ctus ſum, & curvatus ſum uſque in finem : tota die contriſtatus ingrediebar. (1)

propria miſeria a fine di eſſerne ſollevati : abbaſſarſi umiliandoſi per eſſerne rialzati : affligerſi rattriſtandoſene, a fine di eſſere conſolati.

7. Nam interiora animæ meæ repleta ſunt ardore fœdiſque ludibriis, & ignominia : & nulla ſupereſt ſanitas carni corporis mei.

7. *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.*

Diſprezzare la propria carne, e riguardare i piaceri come illuſioni, e la ſorgente della propria corruzione.

8. Nimiſque afflictus ſum, & depreſſus ſum : ac inſtar leonis rugiebam præ grandi gemitu cordis mei.

8. *Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.* (2)

Piangere i proprj peccati, ſoſpirare, ed eſclamare contro di eſſi, non già contro le pene, colle quali Dio li punisce.

9. Domine, non te latet, ſed in conſpectu tuo eſt omne deſiderium meum, & quid deſiderem : nec eſt tibi occultus, ſed bene notus continuus gemitus meus.

9. *Domine, ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus a te non eſt abſconditus.*

Deſiderare Iddio, e gemere ſempre, fintanto che ſi giunga a poſſederlo.

10. Cor meum ſic perturbatum eſt, ut fluctuet conſcientiâ culpæ

10. *Cor meum conturbatum eſt, de-*

Gemere del crudele effetto delle noſtre paſſioni, che

(1) Job xxx. 28. Pſalm. xxxiv. 14. xli. 10.
(2) Job iii. 24. Iſai. lix. 2.

pæ & formidine pœnæ: meque deſtituit fortitudo mea, & nec lux ipſa oculorum meorum mecum eſt præ fletu atque mœrore.

reliquit me, virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. (1)

che turbando l'ordine del noſtro cuore hanno come rovinato tutte le noſtre forze, e riempiuto il notro ſpirito di tenebre.

11. Qui olim mihi erant chari & ſodales mei e regione mei a longe tantum appropinquaverunt mihi, & eminus conſtiterunt.

11. *Amici mei, & proximi mei adverſum me appropinquaverunt, & ſteterunt.* (2)

Non aſcoltare amici, nè congiunti, quando ſi vuole ritornare a Dio,

12. Et propinqui & amici mei a longe ſteterunt, ſeſeque a me elongaverunt: & interim, qui quærebant mihi auferre animam & vitam, irruentes magnam mihi vim inferebant.

12. *Et qui juxta me erant de longe ſteterunt: & vim faciebant, qui quærebant animam meam.*

Nè commoverſi dal vedere, ch' eſſi rompono l' amicizia con noi,

13. Et qui inveſtigabant mala, quæ mihi facerent, locuti ſunt contra me vana & mendacia verba, totaque die dolos excogitabant, quibus me caperent, ac perderent.

13. *Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.*

Nè riguardarli più come amici, ma come nemici, a cagione de' cattivi mezzi, de' quali ſi ſervono per impedire la noſtra converſione.

14. Ego vero ita me geſſi, quaſi eſſem ſurdus,

14. *Ego autem tamquam ſur-*

Chiudere le orecchie, e la bocca per

(1) Job xvii. 7. Pſalm. vi. 8. xxx. 10. lxxxvii. 10. Thren. v. 17.
(2) Job xix. 13. 14. Pſalm. xxx. 12. lxxxvii. 19.

dus, & eorum mendacia non audirem: & tacui quasi mutus, qui non aperit os suum ad loquendum.

15. Et dissimulando factus sum, ut homo, qui non audiat: & qui non habeat in lingua sua redargutionis verba, quibus objecta sibi crimina confutet.

16. Fui autem ut surdus & mutus, quia in te, Domine, totam spem meam & expectationem posui, exaudies ergo me, Domine, Deus.

17. Quia in te sperando, tibi dixi interorandum: *Ne quæso aliquando gaudeant super malis meis inimici, & mibi insultent*: ipsi etenim cum vacillarent pedes mei & res meæ nutarent, adversum me magna & superba locuti sunt verba.

18. Et quia ego ad nova semper excipienda flagella & plagas paratus sum, & ad hoc natus & destinatus sum, dum in commotione, continua versor: meusque

surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

15. *Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.*

16. *Quoniam in te, Domine, speravi: tu exaudies me, Domine, Deus meus.*

17. *Quia dixi*: Ne quando supergaudeant mihi inimici mei: *& dum commoventur pedes mei, super magna locuti sunt.*

18. *Quoniam ego in flagella paratus sum*: (1) *& dolor meus in conspectu meo semper.*

19. *Quo-*

per non sentire, e non dire cosa veruna, che possa differirla un momento.

Soffrire le loro persecuzioni, e riceverle, come venute dalla mano di Dio.

Riporre in Dio tutta la propria speranza a fine di essere esauditi.

Incoraggiarsi a star saldi nel bene per non essere, mutandosi vita, oggetto di godimento a' proprj nemici.

Acquistare questa fermezza coll' accettare le pene dovute ai nostri peccati, e con un dolore sempre presente di averli com-

M mes-

(1) Psalm. xxxiv. 15.

que dolor jugiter coram me perſeverat, & numquam a me diſcedit;

19. Et quia ſemper tibi confitebor iniquitatem meam: & anxius atque ſollicitus cogitabo & contriſtabor de peccato meo, & pro eo abolendo & ſanando curam getam.

20. Cæterum inimici mei vivunt, & bene valent & robuſtiores facti ſunt quam ego: & qui inique & ſine cauſa me oderunt, magno numero ſunt multiplicati.

21. Qui reddunt mala pro beneficiis acceptis, mihi adverſabantur & detrahebant, eo quod ego ſectarer id quod bonum eſt & juſtum.

22. Ne, quæſo, derelinquas me, Domine Deus meus: ne abſceſſeris & elongeris a me.

23. Attende atque feſtina ad ferendum mihi auxilium, Domine Deus ſalvator meus.

meſſi.

19. *Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.*

Accuſarſene di continuo, e cercare tutti i mezzi, con cui ſi può ſoddisfare alla giuſtizia di Dio.

20. *Inimici autem mei vivunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt, qui oderunt me inique.*

Diſprezzare tutti i vantaggi temporali di coloro, che abbiamo abbandonati, e prenderſi poca pena del loro odio,

21. *Qui retribuunt mala pro bonis, (1) detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.*

E del male, che dicono di noi, perchè operiamo bene.

22. *Ne derelinquas me, Domine Deus meus: ne diſceſſeris a me.*

Non far conto veruno ſulla noſtra perſeveranza ſenza il ſoccorſo di Dio.

23. *Intende in adjutorium meum, Domine Deus ſalutis meæ.*

Domandarglielo inceſſantemente, conoſcendo il biſogno continuo, che ſe ne ha.

PSAL-

(1) Pſalm. xxxiv. 12. cviii. 5.

PSALMUS XXXVIII.

REnderſi padrone della propria lingua, e in qual modo. Come ſi debbono ricevere le offeſe. L'utile, che ſi cava dal penſare alla brevità della vita. Gemere ſul rifleſſo di averla malamente paſſata. Vivere ſu la terra come pellegrini.
Affaticarſi per diſunirſi da tutte le coſe della vita, e darſi a Dio ſolo.

In finem, ipſi Idithun, Canticum David.
In perpetuum decantandum, primum traditum ad canendum levitæ, & cantori Idithun, canticum Davidi inſpiratum.

PROPHETA. Statui apud me ita dicens: *Obſervabo omnes vias greſſuſque actionum meārum, ne peccem linguā meā.*

2. Idcirco appoſui ori meo cuſtodiam ſilentii, dum peccator ex adverſo mei ſtaret contra me.

3. Obmutui tunc, meque humiliavi, & compreſſi, ac ſilui etiam a bonis verbis defenſionis meæ, ne forte prætterlaberer linguâ meā: & interim dolor meus interior innovatus eſt, magiſque recruduit.

4. In-

Dixi: Cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.

2. *Poſui ori meo cuſtodiam*: (1) *cum conſiſteret peccator adverſum me.*

3. *Obmutui & humiliatus ſum & ſilui a bonis: & dolor meus renovatus eſt.*

4. *Con-*

Applicarſi in tal modo a rendersi padroni di noi ſteſſi, che ſiamo finalmente padroni della propria lingua:

Eſſerlo ſopra tutto, quando ſiamo offeſi.

Eſſerlo non per ſuperbia diſprezzando, ma per umiltà tacendo ciò, che può giuſtificarci.

M 2 Af-

(1) Pſalm. cxl. 3.

4. Incaluitque magis cor meum in medio pectoris mei: & cum mea ego mala recogito, novus semper intestinus ignis exardescet meque peruret.

4. *Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.*

Affliggersi non di quello, che noi soffriamo, ma dell'offesa di Dio: ardere in se stesso, non di zelo amaro, ma di un zelo santo; non del fuoco della vendetta, ma di quello della carità.

5. Tunc locutus sum quidem linguâ meâ, sed ad Deum, ita dicens tædio vitæ hujus: *Ostende mihi, Domine, terminum vitæ hujus meæ miserrimæ.*

5. *Locutus sum in lingua mea*: Notum fac mihi, Domine, finem meum.

Pensare seriamente alla brevità della vita, per consolarci ne' mali, che vi si soffrono.

6. *Et notifica mihi quis sit numerus, quantaque mensura dierum vitæ meæ, ad hoc ut sciam quid quantumque adhuc mihi superfit vitæ.*

6. Et numerum dierum meorum quis est: (1) ut sciam quid desit mihi.

Pensare parimente alla breve durata della felicità della vita presente, per distaccarsene:

7. Ecce tu brevi mensurâ comprehensibiles & breves decrevisti dies vitæ meæ: totaque mea substantia & firmitas vitæ meæ est velut nihil, & quasi non sit, coram te.

7 *Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tamquam nihilum ante te.*

Pensare al niente dell'uomo, ed a ciò, che lo innalza agli occhi del Mondo, a fine di disprezzarlo:

8. Et certe omnia, quæ sunt in hoc Mundo

8. *Verumtamen universa*

Pensare alla propria incostanza,

(1) Psalm. cxviii. 84.

do vanitas ſunt, & res inſtabiles atque fugaces: & inter cætera maxime vana res eſt omnis homo vivens, & ſubſiſtens in mutabili hac & inſtabili vita.

ſa vanitas: omnis homo vivens. (1)

za, e di tutto ciò che l'attornia, a fine di non fermarviſi.

9. Ad ſimilitudinem tantum inanis imaginis & umbræ citò evaneſcentis vitam hanc homo pertranſit: ſed & in hac ipſa momentanea vita, variarum præterea cupiditatum atque curarum tumultu continuo conturbatur inutiliter & inaniter.

9. *Verumtamen in imagine pertranſit homo:* (2) *ſed & fruſtra conturbatur.*

Penſare alla preſtezza, colla quale l'uomo paſſa, a fine di rendetſi tranquillo:

10. Congregat homo multarum opum theſauros: & nihilominus neſcit, cui hæredi eos theſauros congregabit, & quis illos ſit poſſeſſurus.

10. *Theſaurizat: & ignorat cui congregabit ea.* (3)

Penſare in fine alla inutilità dei travagli, che ſi prendono per ammaſſare ricchezze, a fine di sbarazzarſene.

11. Nunc ergo in tanta vanitate rerum, quid ego patienter expecto? nonne Dominum? & ſane tota vitæ meæ ſubſiſtentia, firmitas atque ſpes apud te, Domine, repoſita manent.

11. *Et nunc quæ eſt expectatio mea? nonne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt.*

Fiſſarſi in Dio come noſtro ſolo unico bene.

12. Ab

12. *Ab*

(1) Pſalm. CXLIII. 4.
(2) Pſalm. LXXII. 20. 1. Coriut. VII. 31.
(3) Job. XXVII. 17. Pſalm. XLVIII. 12. Prover. XXVIII. 8. Eccleſ. II. 18. 21. 26. V. 14.

12. Ab omnibus, quæso, iniquitatibus meis libera me, Domine: jam enim ob iniquitates meas permisisti me ab homine stulto haberi dignum opprobrio & affici probris.

12. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.*

Accettare gli oltraggi, come un mezzo per ottenere il perdono de' nostri peccati.

13. Obmutui inter hæc probra, nec aperui os meum submurmurando, quia tu es, qui fecisti me, meque talia nuncusque pati decrevisti: sed tolle a me flagella hæc tua.

13. *Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti:* (1) *amove a me plagas tuas.* (2)

Riceverli in silenzio, come venuti da Dio medesimo, e come un rimedio a' nostri mali.

14. Præ fortí enim manus tuæ percussione ego totus defeci, jamque sum consumptus: severis tu increpationibus castigasti hominem propter propriam iniquitatem.

14. *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.*

Pregarē Iddio, che aggravandoci sotto il peso de' suoi gastighi, questi servano felicemente a rialzarci dalle nostre cadute,

15. Ejusque animæ desiderium habendi res caducas contabescere, fecisti, sicut araneus tabescit, & humorem suum exhaurit in texenda sua tela labore inutili: & nihilominus adhuc vane, inutiliterque turbatur omnis homo.

15. *Et tabescere fecisti sicut aranearum animam ejus: verumtamen vane conturbatur omnis homo.*

E ad impedirci dal turbarsi, e dal dissiparsi per lo imbarazzo di cose inutili.

16. Au- 16. Ex- Ge-

(1) Job. xxxix. 34. (2) Job. ix. 34.

16. Audi, quæso, Domine, orationem meam & ſupplicationem meam atque clamorem: meiſque lacrymoſis precibus benignam aurem præbe.

16. *Exaudi orationem meam, Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.*

Gemere con tutto il cuore di aver paſſata la vita in vani trattenimenti, a fine di ottenere da Dio il perdono, che gliene domandiamo.

17. Ne videaris mihi obſurdeſcere atque ſilere, nullum dando benignum reſponſum: quia coram te advena ego ſum ſuper terram: ſumque hic peregrinus, & nulla eſt mihi mora; ſicut advenæ quoque & peregrini fuerunt omnes progenitores mei, qui jam tranſierunt ex hoc Mundo.

17. *Ne ſileas, quoniam advena ego ſum apud te,* (1) *& peregrinus: ſicut omnes patres mei.*

Vivere come ſtranieri ſulla terra, a fine d'impegnare Iddio a prendere in mano la noſtra diſeſa,

18. Parce ergo mihi, meque relaxa a nimia perpeſſione dolorum, atque terrorum conſcientiæ, ut paululum refrigeret ab hoc æſtu, & quietus reſpirem: antequam hinc morte diſcedam, & non ſubſiſtam amplius inter vivos.

18. *Remitte mihi ut refrigerer,* (2) *priuſquam abeam: & amplius non ero.*

E a darci tempo di riparare per la penitenza le forze, che abbiamo perdute per lo peccato.

(1) 1. Paralip. xxix. 15. Pſalm. cviii. 19. ii. Corinth. v. 6. Hæbr. xi. 13. 1. Petr. xvii. 2. 11. ii. (2) Job vii. 16. x. 20. xiv. 6.

PSALMUS XXXIX.

IL niente dell'uomo, ed il grado, a cui Dio lo solleva. Abbandonarsi ai suoi disegni sopra di noi. Mezzi per giugnere alla perfezione, ch'egli da noi vuole, e per ottenere l'ajuto, di cui abbiamo bisogno.

Desiderare con fervore la perfezione, che Iddio richiede; affaticarsi per acquistarla, e affaticarvisi senza indugio.

In finem: Psalmus ipsi David.

In perpetuum decantandus Psalmus, Davidi inspiratus.

PROPHETA. Valde exspectans exspectavi Dominum mihi subventurum; & ipse inclinatus est, atque attendit ad me se exspectantem.

Expectans expectavi Dominum & intendit mihi.

Aspettare pazientemente, che piaccia a Dio d' esaudire le nostre suppliche.

2. Et precem meam atque clamorem benignus audivit: & extraxit me de miseria & calamitatibus, quasi de lacu quodam perstrepentium aquarum me obvolventium.

2. *Et exaudivit preces meas: & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.* (1)

Non avere altra idea di noi medesimi, che quella di un fondo di miseria, e di un abisso di fango.

3. Meque inde eductum veluti in alta rupe pedes meos constituit, ut tutus essem: meosque gressus stabilivit, ut re-

3. *Et statuit super petram pedes meos:* (2) *& direxit gressus meos.*

Ammirare la potenza, e la bontà di Dio nel rendere un tal fondo stabile nel bene,

4. *Et*

c

(1) Psalm. LXVIII. 3. (2) Psalm. XXVI. 5. LX. 3.

recte consisterem & inoffense ambularem.

4. Et novo hoc beneficio novum canticum dedit in ore meo: hymnum scilicet novo hoc argumento cantandum sibi Deo nostro.

5. Hanc mei divinitus factam liberationem videbunt multi: & hinc magis timebunt Dominum, & in eo sperabunt.

6. Fœlix certe vir, cujus spes & confidentia est in Domino posita: quique non aspexit ad sectandas vanitates, & superbias atque vesanias, pompasque mendaces.

7. CHRISTUS. Multa & copiosa esse fecisti opera tua admirabilia, Domine Deus meus: & non est quisquam, qui similis sit tui in mirabilibus cogitationibus & dispositionibus tuis.

8. Admirandos istos cogitatus tuos enarravi,

4. *Et immisit in os meum canticum novum: carmen Deo nostro.*

5. *Videbunt multi & timebunt: & sperabunt in Domino.* (1)

6. *Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus: & non respexit in vanitates, & insanias falsas.*

7. *Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua:* (2) *& cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi.* (3)

8. *Annunciavi & locutus*

e sommesso alla sua condotta,

E capace di dargli lodi, e di dargliele incessantemente.

Mirar con piacere negli altri queste mutazioni maravigliose, e sperare, che Dio ne farà delle simili in noi.

Distaccarsi dalle cose del Mondo, disprezzarle, come trastulli di un insensato.

Non fare alcun progetto per conto di quelle: abbandonarsi totalmente ai pensieri, e a' disegni di Dio.

Considerare quante grandi cose

(1) Psalm. XXXIII. 3. LXIII. 10. CXVIII. 74.
(2) Job. V. 9. IX 10.
(3) Psalm. XCII. 6.

vi, & locutus ſum numerando, & nihilominus multiplicati ſunt ſupra humanum numerum, & plures ſunt, quam ut narrari queant.

9. Tu, Domine, noluiſti amplius ſacrificium ſalutare ex animantibus, & oblationem ex rebus inanimatis ſecundum veterem legem, quæ per ſe placita non ſunt tibi: ſed corpus integrum ex auribus cæteriſque membris aptaſti mihi, tibi offerendum pro ſanctificandis hominibus.

10. Holocauſtum ex integra victima combuſta, & hoſtiam pro peccato non amplius petiviſti, nec tibi placuerunt; impoſſibile eſt enim ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata: & tunc præfinito tempore abrogandæ legis veteris dixi: *Ecce in conceptione mea ingrediens Mundum venio.*

11. *Quemadmodum in*

tus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

9. *Sacrificium & oblationem noluiſti:* (1) *aures autem perfeciſti mihi.*

10. *Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi:* ecce venio.

11. In capi-

ſe ſieno uſcite dalle ſue mani, ed aſpettare da lui, come quelle, la noſtra perfezione.

Per arrivarvi, eſſer pronto ad aſcoltare la ſua parola con docilità,

A fare ciò, ch' egli comanda ſubito, che ſe ne ha la cognizione.

E ad eſeguirlo

ſen.

(1) 1. Reg. xv. 22. Pſalm. xlix. 8. l. 18. Iſai. i. 11. lxvi. 3. Hebr. x. 5. 8. Iſai. li. 7. Jerem. xxxi. 33.

in ſumma & volumine libri ſacrarum ſcripturarum ſcriptum eſt de me: venio, inquam, ut faciam, Deus meus, voluntatem tuam & placitum tibi; id quòd volui libentiſſime, & legem tuam atque mandatum ſervare volui ex intimo cordis mei.

pite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei. (1)

ſenza indugio, e con fedeltà.

12. In frequenti hominum congregatione bonum ego nuncium prædicavi juſtitiæ tuæ, tum quâ juſtus es, tum quâ juſtificas impium: ecce labia mea a tua laude & prædicatione numquam cohibebo; id quod tu, Domine, bene noſti.

12. *Annunciavi juſtitiam tuam in eccleſia magna: (2) ecce labia mea non prohibebo, Domine, tu ſciſti.*

Far riſplendere i contraſſegni della propria riconoſcenza verſo Iddio.

13. In animo meo non celavi juſtitiam tuam, quâ malis ſupplicia decernis, & præmia bonis; ſed palam dixi & prædicavi fidelitatem tuam in minis atque promiſſis, & eam quam tu hominibus exhibes ſalutem.

13. *Juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: (3) veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi.*

Non paſſare ſotto ſilenzio la ſua fedeltà nelle promeſſe, e gli ajuti, che ſi ſono ricevuti dalla ſua bontà.

14. Nec a quovis magno hominum cœtu tuam ego reticendo abſcon-

14. *Non abſcondi miſericordiam tuam, &*

Pubblicare ſenza timore l'uno, e l'altro, checche ce

ne

(1) Deuter. VI. 6. Pſalm. XXXVI. 31. CXVIII. 97.
(2) Pſalm. XXXIV. 18. (3) Pſalm. LXX. 15.

ſcondi miſercordiam, tuamque veritatem, quâ verax es in omnibus dictis atque promiſſis.

15. Tu igitur, Domine, ne prohibeas & ne longe abeſſe facias miſericordias tuas a me hoc temporis: nam ſemper hactenus miſericordia tua & promiſſionum tuarum veritas ſuâ me ſubventione ſervandum exceperunt.

16. Quoniam circumquaque me nunc occupaverunt mala, quorum numerum computare nequit homo: meque comprehenderunt pœnę iniquitatum, quas veluti meas expiandas potto, & quas, ut ita dicam, non potui perſpicere ac enumerare.

17. Nam multo plures factæ ſunt, quam capilli capitis mei, jamque defecit in me vigor animi mei.

18. Placeat idcirco tibi, Domine, ut me a tantis malis liberes: Do-

& veritatem tuam a concilio multo.

15. *Tu autem, Domine, ne longe facias miſerationes tuas a me: miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſceperunt me* (1).

16. *Quoniam circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, ut viderem.*

17. *Multiplicatę ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.*

18. *Complaceat tibi, Domine, ut eruas me:*

ne poſſa coſtare

Far conto con ferma fiducia del ſoccorſo e della miſericordia di Dio nei travagli, che ci tira addoſſo la verità.

Non perderſi di animo nel vedere, che ſi aumentano, e attribuirli ancora ai noſtri peccati.

Perſuaderſi, che queſti ſormontano nel numero i capelli del noſtro capo, a fine di divenire più pazienti e più umili.

Rappreſentare a Dio il biſogno, che noi abbiamo del

(1) Pſalm. LVI. 4. LX. 8.

Domine, attende atque festina ad adjuvandum me tempestive.

19. Pudefiant & erubescant spe sua frustrati omnes pariter, qui animam, vitamque meam auferre mihi quærunt.

20. A me avertantur in fugam, & terga mihi dent, & erubescant, qui cogitant, ac volunt inferre mihi mala.

21. Reportent illico debitum sibi pudorem, qui mihi insultantes dicunt: *Vah vah.*

22. Exultent è contra ac lætentur in te tuoque favore omnes, qui te, Domine, quærunt & invocant: dicantque jugiter: *Magnus agnoscatur, & prædicetur Dominus*, ita, inquam, dicant omnes, qui semper diligunt salutem a te obti-

me! Domine, ad adjuvandum me respice.

19. *Confundantur, & revereantur simul, qui quærunt animam meam: ut auferant eam.* (1)

20. *Convertantur retrorsum, & revereantur: qui volunt mihi mala.*

21. *Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi:* Euge euge. (2)

22. *Exultent & lætentur super te, omnes quærentes te: & dicant semper:* Magnificetur Dominus, (3) *qui diligunt salutare tuum.*

del suo soccorso nelle nostre infermità, e miserie per uscirne.

Ricoprire di vergogna coloro, che ci perseguitano, coll'utile che noi rittarremo dalle loro persecuzioni.

Confondere, colla nostra costanza nel bene coloro, che ci vogliono portare al male:

Coloro, che ci perseguitano, perchè non vi perseveriamo.

Cercare Iddio, e non se medesimi, prendendo il partito de' suoi servi: rallegrarsi in lui, e glorificarlo della protezione, che ha di loro.

23. *Ego*

Star

(1) Psalm. XXXIV. 4. LXIX. 3.
(2) Psalm. XXXIV. 21. 25.
(3) Psalm. XXXIV. 27.

tinendam, deſiderantque a te ſalvari.

23. Cæterum ego ſum egenus, & pauper, ſed Dominus curam habet de me.

23. *Ego autem mendicus ſum, & pauper: Dominus ſollicitus eſt mei.*

Star ſempre avanti Dio, come un povero, e dimoſtrargli i proprj biſogni.

24. Auxiliator meus, & inſtar ſcuti protector meus, atque ſalvator tu es, Deus meus; ne ergo tardes auxilium mihi ferre, atque ſalutem.

24. *Adjutor meus, & protector meus tu es: Deus meus, ne tardaveris.*

Renderſi degni, con queſti ſentimenti egualmente giuſti, che neceſſarj, del pronto ſoccorſo, che gli dimandiamo.

PSALMUS XL.

PRegare per gli afflitti, e per quei, che penano.

Attribuire ai noſtri peccati le noſtre ſofferenze, e tutte quelle di Gesù Criſto nella ſua paſſione. Stabilirſi nell' innocenza per mezzo della pazienza ne' proprj mali.

Renderſi utili i mali altrui con la compaſſione, e farli ſuoi con la pazienza.

In finem: Pſalmus ipſi David.

In perpetuum decantandus Pſalmus, Davidi inſpiratus.

PROPHETA. Fœlix, qui cogitat de egeno & paupere, ut miſerea tur eorum: in tempore malorum liberabit eum Dominus a malis.

Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

Avere una ſanta compaſſione dell' infermo, e del povero, e ſupplicare Iddio, che lo liberi dai ſuoi mali.

2. Dominus meus, quæ-

2. *Dominus*

Che gli dia la ſa-

quæso, cuſtodiat ejuſmodi eleemoſynæ largitorem, & vivum, & incolumem reddat eum, & fælicem eum faciat in terra: eumque non tradat animo & voluntati, ac manibus inimicorum ſuorum.

nus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

ſanità e la vita, e lo renda felice ſulla terra, facendolo vivere nell' innocenza.

3. Dominus meus, quæſo, auxilietur illi in lecto, ubi jacuerit præ ſuo dolore & infirmitate: in ægritudine enim hominis ejuſmodi tu, Domine, conſueviſti totum ſtratum ejus vertere, & commutare in ſanitatem, vel certe ſternere, ut mollius quieſceret.

3. *Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus: univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.*

Che ſia egli ſteſſo la ſua conſolazione nelle miſerie, ed il ſuo ſollievo nelle pene.

4. Ego autem cum ægrotarem dixi: *Domine miſerere mei: ſana animam meam ægrotantem, eo quod in te Deum peccaverim.*

4. *Ego dixi*: Domine, miſerere mei: ſana animam meam, quia peccavi tibi.

Riguardare i noſtri peccati, come cagione de' noſtri mali; e domandare a Dio di guarirci dagli uni, e dagli altri.

5. Inimici vero mei tunc mihi ægrotanti locuti & imprecati ſunt mala, dicentes de me: *Quando tandem iſte morietur, & ſimul cum morte abolebitur nomen ejus?*

5. *Inimici mei dixerunt mala mihi*: Quando morietur, & peribit nomen ejus?

Riguardarli ancora come cagione de' mali, che Geſù Criſto ha ſofferto pel furore de' ſuoi nemici:

6. Et ſi in cubiculum meum

6. *Et ſi ingre-*

Come cagione de'

meum eorum aliquis intrabat, ut me ægrotum inviſeret, vana & conficta commiſerationis verba loquebatur: ſimulque ipſius animus ſibi ipſi introrſum congregavit iniquum aliquod contra me.

gredièbatur, ut videret, vana loquebatur: cor ejus congregavit iniquitatem ſibi.

de' loro inganni, e delle loro diſſimulazioni,

7. Tum exibat foras ex cubiculo meo, & una ſimul cum aliis adverſum me loquebatur, & detrahebat.

7. *Egrediebatur foràs: & loquebatur in idipſum.*

Delle loro leghe contro di lui,

8. Clam murmurabant adverſus me omnes inimici mei, & cogitabant mala contra me.

8. *Adverſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: adverſum me cogitabant mala mihi.*

Delle loro calunnie e de' loro perverſi diſegni,

9. Ac rem tandem iniquam ac diabolicam diſpoſuerunt contra me: At numquid qui decumbit in lecto ægrotus, non addet, ut è ſuo lecto iterum ſurgat incolumis?

9. *Verbum iniquum conſtituerunt adverſum me: Nunquid, qui dormit non adiiciet, ut reſurgat?*

Della loro rea paſſione in vederlo perire,

10. Sed & homo pacificus meus & amicus, de quo confidebam, quique manducabat panes meos, levato contra me calcaneo ſuo ma-

10. *Etenim homo pacis meæ, in quo ſperavi: (1) qui edebat panes meos, magni-*

Della crudele ingratitudine di coloro, ai quali egli ha fatto maggior bene, e della perfidia de' ſuoi mi-

(1. 2.) Job. xix. 19. Pſalm. xiv. 14. 15. Jerem. xx. 10. Johan. xiii. 18.

magnam in me fecit conculcationem & proditionem.

11. Tu autem, Domine, miserere mei; & iterum me surgere facito; & inimicis illis ego reddam, quod merentur.

12. In ea ego re cognovi, quod mihi bene volueris, meque dilexeris: quod inimicus meus gavisurus non erit de me, nec mihi insultaturus.

13. Porro propter innocentiam meam me tuâ veluti manu excepisti & adjuvisti: meque firmiter statuisti ante faciem tuam in æternum.

14. Benedictione & laude dignus est Dominus Deus, in quem credit Israeliticus populus: laudabilis semper ab hoc sæculo usque in æternum. Ita fiat: ita fiat.

gnificavit super me supplantationem. (2)

11. *Tu autem, Domine, miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.*

12. *In hoc cognovi, quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.* (2)

13. *Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.*

14. *Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo & usque in sæculum: fiat fiat.*

migliori amici.

Ammirare la pazienza di Gesù Cristo nelle sue sofferenze, e gli effetti della sua bontà, e della sua giustizia.

Ammirare altresì i contrassegni della bontà del suo eterno Padre nel cavarlo dal sepolcro, e nel farlo trionfare de' suoi nemici per la sua risurrezione.

Purificarsi in tal modo per la pazienza nelle persecuzioni, a fine di essere consolidati avanti Dio in una perfetta innocenza.

Rendergli grazie di averle sofferte santamente, e di avercene liberati.

(2) Act. 1. 16.

PSALMUS XLI.

BRamare di poſſedere Dio nel Cielo, con un fervore ſempre nuovo. Sopportare pazientemente, e coſtantemente i mali, de' quali è ricolma la noſtra vita.

Deſiderare Dio come ſommo bene. Soffrire le miſerie della vita come mezzo per poſſederlo.

In finem, intellectus: filiis Core.

In perpetuum decantandus Pſalmus, plenus intelligentiæ, datus olim concinendus levitis cantoribus de progenie Core.

PROPHETA. Sicut cervus curſu & æſtu fatigatus, deſiderat & anhelat ad fontes aquarum: ſic anima mea perturbationum æſtu fatigata deſiderat & anhelat ad te Deum.

Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te, Deus. (1)

Deſiderate Iddio con un fervore ſempre nuovo.

2. Anima mea ſitigrans ſitivit ac deſideravit ardenter Deum fortem, ac viventem: & quando demum ibo & comparebo conſpectui Dei?

2. *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: (2) quando veniam & apparebo ante faciem Dei?*

Deſiderare di abbandonare la Terra per poſſederlo in Cielo.

3. Fuerunt mihi quotidie per diem & noctem lacrymæ meæ ut quotidianus cibus, cum mi-

3. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ, panes die ac nocte: dum*

Paſſare la vita preſente tra i ſoſpiri e le lagrime, a cagione di eſſe-

(1) Pſalm. LXXXIII. 3.

(2) Pſalm. LXII 2.

mihi quotidie ab inimicis diceretur: *Ubinam eſt jam Deus tuus, a quo ſperabas auxilium?*

(1) *dum dicitur mihi quotidie*: Ubi eſt Deus tuus? (2)

ſere privi di queſta felicità.

4. Horum ego verborum hæc mihi exprobrantium recordatus ſum, & in pectus meum effudi animi mei vota, ſuſpiria, ac ſenſa bonæ ſpei: quod aliquando tandem tranſibo, & vadam ad locum habitaculi admirando opere conſtructi, & ad domum ipſam uſque Dei:

4. *Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam*: (3) *quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, uſque ad domum Dei.*

Aumentare il proprio ardore, e le premure di giungervi, ricordandoſi de' beni, de' quali ſaremo ivi ricolmati.

5. Tranſibo, inquam, illuc cum voce exſultante & profitente laudes Dei, ubi ſonus reſonat populi feſta celebrantis.

5. *In voce exultationis & confeſſionis, ſonus epulantis.* (4)

Paragonare la gioja di coloro, che abitano in queſto ſoggiorno di Dio medeſimo, coi godimenti, e canti di un banchetto il più delizioſo, che foſſe giammai:

6. Quare ergo mœſta incurvaris, anima mea? & cur me mœrore perturbas?

6. *Quare triſtis es, anima mea? & quare conturbas me?* (5)

Paragonare, dico, queſta gioja coi diſguſti, e inquietudini della preſente vita, per deſiderare più ar-

7. *Ex-*

7. *Spe-*

(1) Pſalm. LXXIX. 6. CI. 10.
(2) Pſalm. LXXVIII. 10. CXIII. 2.
(3) Pſalm. LXXVI. 7. CXLII. 5.
(4) Iſai. XXX. 29.
(5) Pſalm. XLII. 5.

7. Exſpectans ſpera in Deo, quod etiam denuo ſim illi profeſſurus laudes in domo ipſius: qui ſalvator eſt, & liberator faciei meæ a lacrymis & mœſtitia, & Deus eſt meus, qui ad ſui cultum me vocavit.

7. *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi:* (1) *ſalutare vultus mei, & Deus meus.*

dentemente di eſſerne liberati,

Soſtenerſi colla ſperanza, e ringraziare Iddio de' beni, che abbiamo ricevuto, aſpettando quegli altri, che deſideriamo.

8. In me ipſo anima mea turbata eſt; ob quam contriſtationis meæ cauſam ſaltem tui, Domine, recordabor ex hac regione circa Jordanem, ubi exul ago, & ex hoc parvo monte Hermoniim in extremis finibus terræ ſanctæ.

8. *Ad me ipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermoniim a monte modico.*

Invocare Iddio ne' turbamenti, ove ci gettano tanti pericoli, di eſſer privi di tali beni per tutto il tempo, in cui ſaremo in queſto eſilio:

9. Calamitas namque una calamitatem aliam in me nunc attrahit, ſicut immenſitas una profunda aquarum, profundam aliam aquarum immenſitatem advocat ad ſtrepitum præruptorum imbrium, ex alto cælo tuo ruentium in tumidos torrentes.

9. *Abyſſus abyſſum invocat in voce cataractarum tuarum.* (2)

Invocarlo, diſſi, per non perdere colla noſtra impazienza il frutto di una ſequela di diſgrazie,

10. Omneſque alti gur-

10. *Omnia ex-*

Di afflizioni, di

(1) Pſalm. cxiv. 7.

(2) Jerem. iv. 20. Ezechiel vii. 26.

gurgites illi tui & undæ illæ tuæ tribulationum, quæ tua voluntate fiunt, ad me transierunt, meque submerserunt.

excelsa tua & fluctus tui super me transierunt. (1)

di tentazioni, di pene del corpo, e dello spirito, che Dio fa piombare sopra di noi.

11. Sed ecce mandavit Dominus de misericordia sua mihi aliquo tandem die conferenda, ut in domum ipsius redeam: & tunc noctu quoque erit in ore meo canticum ejus.

11. *In die mandavit Dominus misericordiam suam: & nocte canticum ejus.* (2)

Riconoscere in ciò la misericordia di Dio, e rendergliene umilissime grazie.

12. Interim in hoc exilio mecum jugiter erit oratio ad Deum authorem vitæ meæ: dicamque Deo: *Tu es qui me labentem excipis.*

12. *Apud me oratio Deo vitæ meæ, dicam Deo*: Susceptor meus es.

Spandere il cuore avanti a lui; e riguardandolo come nostro protettore,

13. *Quare ergo nunc usque videris velut oblitus mei? & quare tristis incedo affligente me jugiter inimico?*

13. Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus? (3)

Rappresentargli amorevolmente la mestizia, e la desolazione, ove la sua dimenticanza ci ha gettato,

14. Cum confringerentur ossa mea, probris quoque me afficiebant affligentes me inimici mei.

14. *Dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei.*

E l'estremo abbattimento a cui siamo stati ridotti dagli oltraggi, e motteggi sanguinosi de' nostri nemici, perchè po-

15. Cum

15. *Dum*

(1) Psalm. LXXXVII. 8. Psalm. LXII. 7. CXVIII. 55.
(2) Psalm. CXXXII. 3. Job XXXI. 10.
(3) Psalm. XXXVII. 7.

niamo la noſtra fiducia in lui.

15. Cum nimirum ad me quotidie dicebant: *Ubi eſt in quem confidebas, Deus tuus, qui de iſtis te malis eripiat?* Quare mœſta incurvaris anima mea, ? & cur me mœrore perturbas?

15. *Dum dicunt mihi per ſingulos dies:* Ubi eſt Deus tuus? *quare triſtis es anima mea?. & quare conturbas me?*

Rinvigorire queſta fiducia, malgrado la triſtezza e il turbamento, in cui ci troviamo.

16. Expectans ſpera in Deo, quod etiam denuo ſim illi profeſſurus laudes in domo ipſius; qui ſalvator eſt & liberator faciei meæ a lacrymis & mœſtitia, & Deus eſt meus, qui me condidit atque gubernat.

16. *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.*

Sperare, che egli ce ne libererà, e ci farà vedere coi noſtri occhi quello, che è noſtro Salvatore, e noſtro Dio, per rendergli i noſtri omaggi, e ringraziamenti per ſempre.

PSALMUS XLII.

SEguire il lume di Dio. Condurſi con le regole della verità, e non già con gli eſempj de' libertini. Rinunziare a i falſi lumi dello ſpirito umano, per ſeguire il lume di Dio.

Pſalmus David.
Pſalmus inſpiratus Davidi.

PROPHETA. Judex eſto mihi, Deus, & expende cauſam & diſceptatam.

Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam

Non giudicare ſe medeſimo; e non meſcolarſi cogli

ptationem hanc meam de gente non ſancta, & ſine miſericordia me perſequente : meque libera ab homine iniquo, atque doloſo.

Tu enim, Deus, es is, qui me corroboras: quare ergo ita mecum agis, ac ſi a te me repuliſſes ? & quare mœrens incedo, cum me jugiter affligat inimicus ?

3. Emitte jam tandem lumen illud tuum exhilarans, & fidelitatis illius tuæ in promiſſis præſtandis effectum: hæc enim lux tua atque fidelitas recto me itinere ducent, & introducent ad montem ſanctum tuum Sion, & ad habitacula illa tua ſanctæ domus tuæ.

4. Et ibi ingrediar ad altare Dei, ſacrificia mea oblaturus; & introibo & accedam ad Deum, qui lætificat juventutem meam nunc mœrentem.

meam de gente non ſancta : ab homine iniquo, & doloſo erue me.

2. *Quia tu es, Deus, fortitudo mea, quare me repuliſti ? & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus ?* (1)

3. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam : ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.*

4. *Et introibo ad altare Dei :* (2) *ad Deum, qui lætificat juventutem meam.*

gli empj e fraudolenti, vivendo com'eſſi.

Non appoggiarſi ſopra di ſe ſteſſo, affinchè Dio non ſi dimentichi di noi; ed imparare dall'abbattimento nelle afflizioni, che egli ſolo è la noſtra fortezza.

Perſuaderſi, che proviene dal ſuo lume, e dalla ſua verità il ſeparatſi dal Mondo corrotto, per menare la vita ſanta, che c' inſegnano, ed alla quale ci fan giungere :

Che con quel lume e verità ſi fa il ſagrifizio totale dell' uomo vecchio per riveſtirſi del nuovo.

5. Ac

5. *Con-*

[1] Pſalm. XXXVII. 7. XLI. 10.

(2) Pſalm. XXV. 6.

5. Ac tum cum citharæ ſono debitas tibi laudes profitebor, Deus, Deus meus. Quare ergo mœſta incurvaris anima mea? & cur me mœrore perturbas?

5. *Confitebor tibi in cithara, Deus Deus meus: quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?* (1)

Che con queſti ſteſſi mezzi ci eſſentiamo dalle meſtizie, e inquietudini del ſecolo, per attendere a Dio in ripoſo.

6. Expectans ſpera in Deo, quod etiam denuo ſim illi profeſſurus laudes in domo ipſius: qui ſalvator eſt, & liberator faciei meæ a lacrymis & mœrore, & Deus eſt meus, in quo confido.

6. *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.*

Che coi medeſimi finalmente ſiamo conſolidati nella ſperanza in Dio; ſiamo inceſſantemente occupati nell' affare della noſtra ſalute; ed apprendiamo a lodarlo, e a rendergli le grazie, che ſe gli debbono.

PSALMUS XLIII.

LA cura che debbono avere i genitori d'iſtruire i loro figliuoli nelle coſe di Dio. Noi ſiamo debitori a Dio di tutti i mezzi, che conducono alla ſalute, e della ſteſſa ſalute. A lui dobbiamo tutti i vantaggi, che riportiamo ſopra i nemici della noſtra innocenza. Varie prove, ove Iddio pone i ſuoi ſervi, le quali eſſi debbono ſoſtenere con una viva fede: Stimarſi felici di reſtargli fedeli. Impegnarlo col fervore

(1) Pſalm. XLI. 12.

vore della noſtra preghiera, e con umile ſommiſſione a liberarcene.

Ricevere le prove come grazie: ſopportarle coſtantemente ſul riflesſo delle ricompenſe, che ne ſono inſeparabili.

In finem, Filiis Core ad intellectum.

In perpetuum decantandus Pſalmus, datus olim concinendus levitis cantoribus de progenie Coræ, ad magnam intelligentiam, & eruditionem

PROPHETA. Deus, a noſtris majoribus opus audivimus auribus noſtris, Moyſes enim & Joſue aliique progenitores noſtri per poſteros ſuos ſuaque ſcripta nobis narraverunt:

Deus, auribus noſtris audivimus: patres noſtri annunciaverunt nobis,

Avere gran cura d'iſtruire i figliuoli, ed i figliuoli averla di bene apprendere da' loro padri,

2. Opus, inquam, illud audivimus mirandum, quod effeciſti diebus eorum ſequentibuſque temporibus priſcis.

2. *Opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.*

Le coſe grandi, che Dio ha fatto in tutti i tempi, in favore di quelli, ch'egli ama,

3. Quando manus omnipotentiæ tuæ nationes Chananæas perdidit e terra, quam habitabant, & in eorum locum illos patres noſtros firmiter ſtatuiſti. Tu infideles illos populos Chananæos afflixiſti, eoſque ejeciſti de terra ſua.

3. *Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos*: (1) *afflixiſti populos, & expuliſti eos.*

E l'uſo, ch'eſſo ha fatto della ſua potenza contro i loro nemici.

4. Non

4. *Nec*

Ri-

(1) Exod xv. 17. Pſalm. lxxvii. 54. 55. lxxix. 9.

4. Non enim patres noſtri vi gladii ſui poſſederunt hæreditario terram illam: neque brachium eorum & robur ſalvos eos fecit in periculis bellorum.

4. *Nec enim in gladio ſuo poſſederunt, terram,* (1) *& brachium eorum non ſalvavit eos.*

Riconoſcete, che non è effetto delle noſtre forze l' aver noi ſcoſſo il giogo de' noſtri nemici, e l' aver acquiſtata la libertà, di cui godiamo:

5. Sed eos ſalvavit dextera tua, & brachium tuum & ſerena lux benigni aſpectus tui: idque operatus es quia ita beneplacitum fuit tibi in eis.

5. *Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuiſti in eis.* (2)

E che noi ſiamo debitori di queſte grazie non al noſtro volere, ma alla potenza del braccio di Dio: non ai noſtri meriti, ma alla ſua bontà,

6. Tu idem ipſe es rex meus, & Deus meus, qui præcipis fieri ſalvationes populi Iſraelitici quotieſcumque is a malis quibuſvis ſalvatur.

6. *Tu es ipſe rex meus, & Deus meus,* (3) *qui mandas ſalutes Jacob.*

Soggettarſi a lui come a noſtro Re, adorarlo, come noſtro Dio, e come autore della noſtra ſalute.

7. Te juvante hoſtes noſtros armis veluti cornibus agitabimus: & in poteſtate tua pro nihilo reputabimus & conculcabimus adverſarios noſtros inſurgentes in nos.

7. *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.*

Credere di una fede viva; che col ſuo ajuto potremo ſuperare gli oſtacoli, che vi troveremo.

8. Non enim in arcu meo confidam: neque meus

8. *Non enim in arcu meo ſpe-*

Non far conto veruno ſopra di noi

(1) Deuter. VIII. 17. Pſalm. XLI. 9.
(2) Deuter. IV. 37.
(3) Pſalm. LXXIII. 12.

meus me ensis salvabit in prælio.

sperabo, (1) *& gladius meus non salvabit me.*

noi medesimi per non indebolire questo soccorso.

9. Tu fuisti, qui nos salvasti ab hostibus nostris, qui nos tribulabant; & tu eos, qui nos oderant pudore confudisti.

9. *Salvasti enim nos de affligentibus nos & odientes nos confudisti.*

Riandare colla mente i vantaggi, che Iddio ci ha fatto riportare dei nemici della nostra innocenza, a fine di aspettare tutto da lui.

10. Unde & in te Deo gaudebimus: & gloriabimur tota die, & tuo nomini ac majestati dignas, quantum poterimus, laudes profitebimur in æternum.

10. *In Deo laudabimur tota die: (2) & in nomine tuo confitebimur in sæculum.*

Dare a Dio solo la gloria, e ringraziarnelo continuamente.

11. At nunc post tot opera miranda, patribus nostris a te facta, tu nos a te, ut videris, abjecisti, nosque deferendo pudefecisti: & non videris amplius tu Deus egressurus cum exercitibus nostris, ut protegas, sicut solebas, nos bellantes.

11. *Nunc autem repulisti, & confudisti nos: (3) & non egredieris Deus in virtutibus nostris.*

Conservare questa fede, allorchè Iddio ci prova cogli abbandonamenti,

12. Immo vertisti terga nostra inimicis nostris nos insequentibus atque fugantibus, & qui

14. *Avertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui*

Allorchè egli ci dà in preda ai nostri nemici, che vicendevolmente di-

(1) Psalm. xxxii. 16.
(2) Psalm. xix. 6.
(3) Psalm. lix. 3. 12.

& qui nos oderunt, nos noſtraque in ſuum commodum diripiebant.

13. Feciſti nos tamquam oves macello deſtinatas & eſui: & inter varias, & extráneas nationes nos diſperſiſti.

14. Vendidiſti gentibus illis populum tuum nullo, vel viliſſimo pretio: & in ejuſdem populi tui alienationibus cum venderentur, non multum fuit pretii vel pecuniæ.

15. Expoſuiſti nos probro ac vituperationi vicinorum noſtrorum: & nos expoſuiſti ſubſannationi, & irriſui eorum, qui ſunt in circuitu noſtro.

& qui oderunt nos diripiebant ſibi.

13. *Dediſti nos tamquam oves eſcarum:* (1) *& in gentibus diſperſiſti nos.*

14. *Vendidiſti populum tuum ſine pretio:* (2) *& non fuit multitudo in commutationibus eorum.*

15. *Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris:* (3) *ſubſannationem, & deriſum his, qui ſunt in circuitu noſtro.*

divengono ſuperiori,

E non penſano che a divorarci;

Allorchè ſiamo ſtimati uomini da nulla, e nell'eſtremo diſprezzo;

Allorchè ci caricano d'ingiurie, e ci mottegiano di maniera piccante, e diveniamo le riſa, ed il traſtullo di quei, che ci conoſcono;

16. Expoſuiſti nos gentibus tamquam in parabolam, & provetbium magnæ calamitatis, atque miſeriæ; & inter populos expoſuiſti nos tales, quibus

16. *Poſuiſti nos ſimilitudinem Gentibus: commotionem capitis in populis.*

17. To-

Allorchè non ſi parla di noi, ſe non per farne ſoggetto di ſcherno, e non ſiamo riguardati, ſe non per eſſere inſultati:

Al-

(1) Rom. VIII. 36. (2) Iſaï. LII. 3. Jer. XV. 13.
(3) Deuter. XXVIII. 37. Pſalm. LXXVIII. 4. Jer. XXIV. 9.

bus illi ad ludibrium, caput deridendo moverent.

17. Tota die verecundia mea ex adverſo mei eſt, & ante oculos meos verſatur: meque tota die cooperuit ignominia, & pudor faciei meæ.

18. Propter vocem ejus, qui me improbat, ac detrahit mihi, & ob præſentiam inimici, & me perſequentis.

19. Omnia hæc mala venerunt ſuper nos; nec tamen obliti ſumus tui; & contra teſtamentum legis tuæ inique non egimus, pactumque tuum non violavimus.

20. Nec converſus eſt retro à te deficiens animus noſter: & declinare non permiſiſti ſemitas greſſuſque actionum noſtrarum à via recta legis tuæ.

21. Et tamen nos dejeciſti in loco teterrimo draconum, ubi affligeremur: & nos operuit obſcuritas magna ca-

17. *Tota die verecundia mea contra me eſt; & confuſio faciei meæ cooperuit me.*

18. *A voce exprobrantis, & obloquentis: a facie inimici, & perſequentis.*

19. *Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te: & inique non egimus in teſtamento tuo.*

20. *Et non receſſit retro cor noſtrum, & declinaſti ſemitas noſtras a via tua.*

21. *Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos um-*

Allorchè da qualſiſia parte, che ci rivoltiamo, non troviamo, ſe non ſoggetti di roſſore, e di confuſione;

Allorchè nell' aſcoltare non intendiamo altro; che falſità, che ci ſono impoſte; e nell'aprire gli occhi non vediamo, che perſecutori.

Riputarſi felici, ſe dopo tante varie tentazioni, la noſtra coſcienza ci detta di eſſer ſtati fedeli a Dio;

Se il noſtro cuore è rimaſo ſempre coſtantemente attaccato a lui;

Se in mezzo alle umiliazioni le più aſpre, che ſi poſſono immaginare, e più difficili a tollerarſi, che

calamitatis, & mœroris, tamquam umbra vicinæ mortis.

22. Si obliti ſumus majeſtatis Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad orandum aliquem ex falſis Diis exterarum nationum, & gentium,

23. Numquid non Deus inveſtigabit hæc ſcelera ut puniat? nam ipſe optime cognoſcit non externa modo opera, ſed & occulta cogitata cordis.

24. Sed enim tui cauſa tradimur morti tota die: ac reputati ſumus tamquam viles oves occiſioni deſtinatæ.

25. Expergiſcere tandem, ut ita dicam; cur quodammodo dormis nobis, Domine, in noſtris nos malis diſſimulans? conſurge, quæſo, in adjutorium noſtrum, & ne nos a te projicias in perpetuum.

26. Cur faciem tuam a nobis quaſi iratus aver-

umbra mortis. (1)

22. *Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum.*

23. *Nonne Deus requiret iſta?* (2) *ipſe enim novit abſcondita cordis.*

24. *Quoniam propter te mortificamur tota die:* (3) *æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis.*

25. *Exurge, quare obdormis, Domine? exurge, & ne repellas in finem.*

26. *Quare faciem tuam aver-*

che la morte,

Abbiamo conſervato la memoria di Dio, ed aſpettato da lui ſolo la conſolazione.

Beati ſe Iddio medeſimo, che conoſce il fondo de' cuori, rende queſta teſtimonianza alla noſtra fedeltà.

Avventurati finalmente, ſe per cauſa di Dio ſiamo ſtati umiliati, perſeguitati, e tormentati fino a queſto eccesſo.

Eccitare Iddio col fervore delle noſtre preghiere a ſollevarci.

Eccitarlo con umile dimoſtranza del-

(1) Iſai. LIX. 10. (2) Job XXXI. 14.
(3) Rom. VIII. 36. 2. Corinth. IV. 11.

avertis? & quare videris oblivisci inopiæ nostræ, ac tribulationis nostræ.

27. Nam incurvata & depressa est ad pulverem usque anima, & vita nostra: adhæsitque in terra pectus nostrum prosternente nos inimico.

28. Surge ergo, Domine, auxiliare nobis: & nos, pene venditos inimicis nostris, redime ab eis propter misericordiam tuam.

avertis? obliviscéris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?

27. *Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra: (1) conglutinatus est in terra venter noster.*

28. *Exurge, Domine, adjuva nos: & redime nos propter nomen tuum.*

dello stato miserabile, in cui siamo ridotti,

Lo spirito all' ultima umiliazione, il corpo ad una estrema fiacchezza.

Eccitarlo in fine e scongiurarlo per lui stesso a soccorrerci.

PSALMUS XLIV.

COnsacrarsi totalmente a Iddio. Lasciarsi condurre dal santo Spirito. Aver sempre gli occhi sopra Gesù Cristo. Combattere colle sue armi. Imitare le sue virtù per vincere. Regole per fare del bene egregiamente, a riguardo di Dio e del prossimo. La bellezza della Chiesa. Sue unioni con le Persone divine. L'obbedienza, che a loro ella presta. Fuori della Chiesa niun'uomo può essere intieramente grato a Dio; in essa si trovano le sode virtù, ed il vero sacrifizio di se stesso: rispettarne i Pastori, e perseverarvi fino al fine.

Ama-

[1] Psalm. cxviii. 25.

Amare la Chiesa come madre: riceverne le istruzioni con docilità, e seguirle con fedeltà.

In finem, pro iis qui commutabuntur. Filiis Core, ad intellectum. Canticum pro Dilecto.

Canticum nuptiale pro amatissimo sponso Christo Domino, in perpetuum decantandum, pro iis, qui ab infidelitate convertentur ad Fidem: datum olim levitis cantoribus de progenie Core; pertinens ad magnam intelligentiam, & eruditionem.

PROPHETA. Cor meum Spiritu sancto repletum, bonum præcellentemque sermonem effudit: eloquor nunc igitur ego opera hæc mea, & carmina in dilecti sponsi ac Regis honorem.

Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

Consagrare a Dio per omaggio alla sua sovranità i proprj pensieri, le parole, e le opere.

2. Erit que mea lingua ad dicendum prompta, velut calamus scribæ quamcitissime scribentis.

2. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.*

Lasciarsi guidare dal santo Spirito: persuadersi, che senza di lui non si può fare il bene, che tenda alla salute.

3. TU MESSIA rex, sponse dilecte, decore, pulchrior es filiis hominum: in tuisque labiis,

3. SPECIOSUS (1) *forma præ filiis hominum, diffusa est*

Riguardare Gesù Cristo per non essere più lusingati dalla bellezza, del-

(1) Ad Christum.

biis, atque sermonibus gratia effusa est mire loquendi : propterea quod tibi beneficentia sua Deus benedixerit in æternum.

est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

delle creature, ascoltarlo per non ascoltar più la loro voce, benedirlo nel tempo, affinchè egli ci benedica nell'eternità.

4. Accinge te ense tuo super latus tuum, o fortissime Princeps.

4. *Accingere gladio tuo super femur tuum : potentissime.*

Combattere colle sue armi, che sono le sue parole, ed i suoi esempi, se vogliamo sempre vincere.

5. Et decore isto tuo ac pulchritudine ista tua te accinge: arcum tuum intende ad sagittandum : & prospere procede ad debellandum inimicos tuos ; & subjicientur tibi populi per gentes omnes regna.

5. *Specie tua, & pulchritudine tua : intende, prospere procede, & regna.*

Immitare le sue virtù, che formano la bellezza dell' anima, per trionfare di tutti i nostri nemici.

6. Regna, inquam, propter regias tuas virtutes, fidelitatem scilicet, & mansuetudinem, atque justitiam : tuaque te dextera, & potentia mirabiliter deducet in bello isto tuo.

6. *Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam : & deducet te mirabiliter dextera tua.*

Persuadersi, che non si fa il bene eccellentemente, se non seguendo il lume della verità, la dolcezza della carità, e la regola dell'equità.

7. Sagittæ tuæ acuminatæ, ò potentissime rex, (quibus populi rebelles sub te cadent, seque tibi subjicient) sagittæ istæ tuæ in tuorum corde inimicorum in-

7. *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent : in corda inimicorum Regis.*

Non adoperare altre armi per combattere i proprj nemici, a fine di esser sempre vittoriosi di se medesimi.

8. *Se-*

O Ave-

infigentur, o Rex.

8. Thronus regni tui, Deus, ſtabilis etit in omnia ſæcula; ſceptrum regni tui ſceptrum eſt rectiſſimum & æquiſſimum.

9. Tu dilexiſti id quod juſtum eſt, & id quod eſt iniquum odiſti: propterea quod te, o Deus Chriſte, unxerit Deus Pater tuus, unxerit, inquam, te ceu oleo & unguento lætificante Spiritus ſancti gratia pluſquam alios omnes, qui participes ſunt & conſortes ſive naturæ, ſive gratiæ tuæ.

10. Myrrhæ & lacrymæ myrrhæ, & cinnamomi odores ſpirant & redolent a veſtimentis tuis, depromptis ex eburneis ampliſque veſtium repoſitoriis; quibus odoribus ea te veſtimenta lætificarunt. Filiæ multorum regum tibi adſtiterunt in honorem & obſequium tui.

11. Sed & tua con-

8. *Sedes tua, Deus, in ſæculum ſæculi* (1); *virga directionis, virga regni tui.*

9. *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo letitiæ præ conſortibus tuis.*

10. *Mirrha & gutta & caſia a veſtimentis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectaverunt te* * *filiæ regum in honore tuo.*

11. *Aſtitit Re-*

Avere di continuo verſo i proprj inferiori uno ſpirito di rettitudine, e di giuſtizaa.

Amare l'equità, ed oſſervarla verſo quelli, come verſo i ſuoi eguali; nè riputare piacer ſodo, e godimento vero, ſe non quello d'eſſere ſempre giuſti.

Spargere da per tutto il buon odore delle virtù con azioni, che procedono da un cuor puro; rendersi con queſta condotta la delizia delle anime ſante, e di Dio ſteſſo.

Ammirare la bel-

(1) Pſalm. xcii. 2. Hebr. ii. 8.

* Card. Thomaſius hunc verſiculum ita interpungit: *Ex quibus delectaverunt te. Filiæ regum in honore tuo.*

jux Regina astitit tibi proxima ad dexteram in vestitu aureo; circumamicta veste variegatâ, varioque omnis generis ornatu.

Regina a dextris tuis: in vestitu deaurato, circumdata varietate.

beltà della Chiesa di Gesù Cristo: sottomettersi al suo imperio, ed alle sue leggi; viver con tutti quei, che la compongono nell' unità, e nella perfetta carità.

12. TU AUTEM junior filia, electa sponsa atque Regina, audi verba Messiæ Regis & sponsi tui; & mentis oculis ea intuêre ac aurem tuam ad obediendum illi humiliter porrige: & adhæsura novo sponso, oblivisce-re idololatriæ, morumque pravorum veteris populi tui, ac paternæ domus tuæ.

12. AUDI FILIA (1) *& vide & inclina aurem tuam: & obliviscere populum tuum & domum patris tui.*

Considerare con attenzione i legami di essa con Dio come sua figliuola: con Gesù Cristo come suo sposo: e collo Spirito santo, che ella continuamente ascolta, per non seguire altro che i suoi lumi.

13. Et si hæc feceris, diliget Rex sponsus tuus pulchritudinem tuam: oblivisce-re ergo majorum tuorum, & ausculta tuo Sponso, quia ipse est Dominus Deus tuus; & quem adorabunt allatis muneribus

13. *Et concupiscet Rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus* (2), *& adorabunt eum.*

Imparare da essa la perfetta obbedienza, che bisogna sempre rendere a Dio: ella per questa obbedienza è bella, per questa è l'oggetto della sua compiacenza, e trae sopra di se il suo amo-

14. Et

14. *Et*

(1) Ad Ecclesiam.

(2) Isai. LIV. 5.

14. Et filiæ quoque alienigenæ, ut sunt mulieres Tyriæ: propter quem Sponsum tuum tibi quoque supplicabunt venerabundi ditissimi quique populorum, ac principes.

14. *Et filia Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.* (1)

amore; per questa finalmente gli presta il culto, che esso richiede.

Persuadersi con una viva Fede, che fuori di questa Chiesa senza un qualche principio di grazia nè doni nè preghiere sono cose grate a Dio, e che esso non riceve niente da coloro, i quali vogliono star fuori del seno di essa.

15. Universa præcipue gloria ejusdem Sponsæ filiæ regis intrinsecus est: quæ Sponsa extrinsecus quoque limbis, & fasciis est aureis circumamicta & variegata.

15. *Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus: in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.*

Che in questo seno si trovano le sode virtù, le quali formano varj ornamenti dell' anime sante, e rendono luminose tutte le loro azioni,

16. Adducentur ad te Regem Sponsum virgines aliæ post Sponsam eam tuam, ejusque propinquæ, & amicæ adducentur ad te.

16. Adducentur (2) *regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi.*

Che in questo seno si trovano le vere vergini, che congiungono la purità del corpo coll'umiltà del cuore,

17. Adducentur, inquam, ad te cum læti-

17. *Afferentur in lætitia &*

Che finalmente nel seno della

(1) Isai. xlix. 23.

(2) Ad Christum.

litiâ, & exultatione: ducenturque in templum, uſque ad thalamum tuum, o ſponſe Rex.

& exultatione: adducentur in templum Regis.

la Chieſa ci conſagriamo con allegrezza ad eſſere il tempio di Dio mediante la mortificazione di tutto ciò che luſinga il corpo, e col troncare tutto quello, che gonfia lo ſpirito.

18. Loco patrum tuorum, ex quibus homo naſci voluiſti, ex iſta tua Sponſa nati ſunt tibi filii, quos facies, atque conſtitues in univerſa terra principes.

18. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.*

Riguardare, ed onorare come noſtri padri, quei che Iddio ha ſtabilito per governare la Chieſa ſua.

19. Qui filii tui tuæ ſemper majeſtatis recordabuntur in generationibus cunctis.

19. *Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem.*

Avere preſenti allo ſpirito le promeſſe, ch'egli ha fatto ſulla durazione di eſſa ſino al fine de' ſecoli.

20. Propter quod omnes populi terræ debitas tibi laudes profitebuntur, in æternum, & in omnia ſæcula.

20. *Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.*

Lodare Iddio per lo ſtabilimento, e conſervazione della medeſima: e vivere in eſſa ſino alla fine, ſe vogliamo lodarlo eternamente.

PSALMUS XLV.

CErtezza della durata della Chieſa, malgrado tutte le perſecuzioni; eſſe non ſervono ſe non a recarle

consolazioni, e aumentare il fervore de' veri Fedeli. Rammentarsi la potenza di Dio per incoraggiarsi a fare l'opera sua, malgrado la propria debolezza. Egli per questo ha scelto ciò, che era di più debbole nel Mondo.

Perseverare costantemente attaccato alla Chiesa con Fede viva alle promesse di Dio in favore di lei.

In finem, filiis Core pro arcanis, Psalmus.

In perpetuum decantandus, olim datus concinendus levitis cantoribus de progenie Core, Psalmus super arcanis & admirabilibus operibus Dei.

PROPHETA. Deus noster nostrum est refugium, & fortitudo nostra: ipse auxiliator est nostri in tribulationibus, quæ invaserunt nos valde.

Deus noster refugium & virtus, adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Non temere; che la Chiesa possa perire, poichè Iddio è la sua fortezza, ed il suo appoggio.

2. Ideo Deo nos adjuvante non timebimus, etiamsi conturbabitur, & concutietur terra; ac etiamsi montes transferentur in medium maris.

2. *Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.*

Assicurarsi di continuo sulle promesse, che Dio ha fatte in favore di essa, qualunque siasi la mutazione, che possa vedersi in alcuni di quei, che vi presiedono.

3. Etiamsi personuerint, & perturbatæ fuerint aquæ tumentes ejusdem maris: & etiam-

3. *Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum* (1): *con-tur-*

Non vacillare nella Fede sulle sue promesse, ancorchè popoli in-tie-

(1) Psalm. xcii. 4.

tiamsi agitati fuerint, & tremuerint montes per fortitudinem Dei, non timebimus ipso nos adjuvante.

turbati sunt montes in fortitudine ejus.

tieri l' abbandonassero, e tutte le potenze della terra si sollevassero contro di essa a perseguitarla.

Persuadersi, che quanto ella è più afflitta esteriormente, tanto più è consolata interiormente,

4. Dulces impetus aquarum leniter decurrentium fluminis Siloe nostram hanc Dei civitatem Jerusalem lætificant: in qua civitate tabernaculum illud suum sibi consecravit Altissimus.

4. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.*

5. Deus est in medio ejusdem civitatis, quæ propterea non concutietur hostium incursu: quam civitatem Deus adjuvabit multo mane & ipso ortu auroræ, hora tempestiva ac matutatè.

5. *Deus in medio ejus non commovebitur: adjuvabit eam Deus mane diluculo.*

E che più cresce il fervore in quei, che perseverano.

6. Deo pro nobis stante, & gentes inimicæ sunt conturbatæ, & adversaria regna inclinata sunt ad ruinam: deditque Altissimus vocem suam tonantem, & timore concussi sunt habitatores terræ.

6. *Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam; mota est terra.*

Ammirare la potenza di Dio nel sostenere contro le più fiere, e crudeli persecuzioni, uomini deboli, che hanno annunciato la sua divina parola.

7. Dominus exercituum, & Angelorum nobiscum adest: Deus Israelitarum filiorum Ja-

7. *Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus*

Incoraggiarsi a fare l' opera di Dio, sulla sicurezza della sua pro-

Jacobi, protector est nostri.

8. Huc venite & hæc in civitate videte opera illa Domini, quæ stupenda prodigiose fecit super hanc terram: ipse, contra quam sinat in aliis gentibus, bella hinc auferet ad extremos usque terminos hujus sanctæ terræ.

9. Arcum omnem sagittarum hic conteret, & armaturam omnem confringet, & scuta omnia, & plaustra bellica igne comburet; quia bellum non erit amplius, sed pax atque securitas.

10. DEUS. Cessate a curis superfluis, & cognoscite, quod ego sum Deus: quia altum & excelsum me ostendam in gentibus puniendis; & altum, & excelsum quoque me ostendam in terræ istius habitatoribus adjuvandis.

11. PROPHETA. Dominus exercituum, & Angelorum nobiscum

Deus Jacob.

8. *Venite, & videte opera Domini,* (1) *quæ posuit prodigia super terram: auferens bella usque ad finem terræ.*

9. *Arcum conteret, & confringet arma* (2): *& scuta comburet igni.*

10. *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.*

11. *Dominus virtutum nobiscum: susce-*

tezione.

Metterſi avanti gli occhi le coſe grandi, ch' egli ha fatto in favore de' ſuoi ſervi:

E come hà ſoggettato ai medeſimi, quei ch'erano loro più contrarj.

Contemplare in ſanto ripoſo gli effetti della potenza di Dio, in ſervirſi di ciò che era più debole nel Mondo, per farſi conoſcere a tutte le nazioni.

Riconoſcere umilmente la virtù del ſuo ſoccorſo, ed

(1) Pſalm. LXV. 5. (2) Pſalm. LXXV. 4.

cum adèst : Deus Israelitarum filiorum Jacobi, protector est nostri.

sceptor noster Deus Jacob.

ed il bisognò, che ne abbiamo.

PSALMUS XLVI.

LA gioja della Chiesa sull'esaltazione di Gesù Cristo nel Cielo: Unirsi con quella per rendergli continue lodi. Tutto è cenere e polvere dinanzi a lui, e tutta la grandezza consiste in servirlo.

Non ambire altra grandezza nel Mondo, se non quella di servire a Gesù Cristo, per essere partecipi della sua gloria.

In finem, pro filiis Core Psalmus.

In perpetuum decantandus Psalmus compositus pro levitis cantoribus de progenie Core.

PROPHETA. Populi omnes præ lætitia plaudite manibus: & jubilate cum voce exultationis, & laudis ad honorem Dei.

Omnes gentes plaudite manibus: jubilate Deo (1) in voce exultationis.

Ascoltate quì la Chiesa raccolta da tutte le nazioni dare con loro le lodi a Dio in un trasporto di allegrezza,

2. Quia ipse est Dominus altissimus & terribilis, & rex magnus super totam terram, & habitatores ejus.

2. *Quoniam Dominus excelsus terribilis: rex magnus super omnem terram.*

Vedendo Gesù Cristo suo Sposo altrettanto inalzato in grandezza, e potenza, quanto era stato abbassato nel soggettarsi alle

3. Ipse

3. *Sub-*

no.

(1) Psalm. xcvii. 4.

3. Ipſe nobis externos populos ſubjecit; ac exteras gentes ſubdidit pedibus noſtris, & poteſtati noſtræ.

3. *Subjecit populos nobis: & gentes ſub pedibus noſtris.*

noſtre debolezze, ed infermità.

Ammirare colla medeſima, ch' egli abbia ſoggettato tanti popoli sì diverſi, e tante nazioni sì differenti.

4. Ipſe gratuito elegit terram illam, quam nobis daret in hæreditariam poſſeſſionem: ipſe progeniei Jacobi dedit pulchritudinem illam, & gloriam, quam in ea progenie dilexit.

4. *Elegit nobis hæreditatem ſuam: ſpeciem Jacob, quam dilexit.*

Ammirare ancora la bontà, ch' egli ha avuto di ſcieglierci ſenza alcun merito dal canto noſtro, per appartenergli, come ſua eredità.

5. Aſcendit arca Dei in civitatem ſanctam cum jubilo, & cum clangore tubæ arca Domini aſcendit illuc.

5. *Aſcendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tubæ.*

Adorare con eſſa Gesù Criſto aſcendente al Cielo tra le acclamazioni di gioja, e dimorarvi in iſpirito.

6. Omnes itaque canite Deo noſtro, canite iterum dico, Regi noſtro, canite.

6. *Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite.*

Paſſar quì la vita a rendergli quegli omaggi, che gli dobbiamo, come a noſtro Dio, e noſtro Re.

7. Quoniam Deus rex eſt univerſæ terræ, canite erudite, & intelligenter.

7. *Quoniam Rex omnis terræ, Deus: pſallite ſapienter.*

A cantare le ſue lodi, e onorarlo, come Re di tutta la terra.

8. Quia regnabit Deus ſuper gentes omnes, & Deus ſeder ſuper thronum ſanctum ſuum

8. *Regnabit Deus ſuper gentes: Deus ſedet ſuper ſedem*

Proſtrarſi umilmente avanti il ſuo trono, e ſoggettarſi con tutte le

ſuum.

9. Principes exterhorum populorum congregati ſunt cum Deo vero, quem coluit Abrahamus: nam principes fortes, & quaſi Dii terræ, ſeſe aggregantes atque ſubdentes cultui veri Dei, nimis valde elevati ſunt.

dem ſanctam ſuam.

9. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham: quoniam Dii fortes terræ, vehementer elevati ſunt.

le nazioni al ſuo imperio.

Riconoſcere, che tutti i più grandi Re della terra non ſono che cenere, e polvere; e che tutta la loro grandezza conſiſte in ſervirlo.

PSALMUS XLVII.

UNirſi alla Chieſa per rendere a Dio un vero culto, per eſſere ammaeſtrati de' ſuoi miſterj, e delle ſue verità. Egli la ſoſtiene, e la rende immobile, e fà ſoffrire a' ſuoi nemici ogni ſorta di mali. Vantaggi, e prerogative della Chieſa.
Amare la Chieſa, e darſi tutto al ſuo ſervizio.

Pſalmus Cantici, filiis Core, ſecunda Sabbati.

Pſalmus cantici datus concinendus cantoribus levitis de progenie Core: decantandus autem ſecunda die poſt Sabbatum.

PROPHETA. Magnus eſt Dominus, & laudandus valde: laudandus ubique, ſed maxime in Jeruſalem civitate Dei noſtri, & in ſuo monte ſancto Sion.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis: in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

Unirſi alla Chieſa per rendere omaggio a Dio, e lodarlo; poichè non è conceduto ſe non ad eſſa di conoſcere la grandezza di eſſo, e di dargli lodi, come

2. Quia

2. *Fun-*

è

2. Quia cum exultatione, ac gaudio universæ terræ a fundamentis ædificatur, tum urbs ipsius montis Sion versus Meridiem, tum latera alia urbis Jerusalem versus Aquilonem: quæ duæ urbes conjunctim sunt civitas Regis magni Dei.

2. *Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, civitas Regis magni.* (1)

è d'uopo.
Ella è il monte elevato sopra tutti gli altri; la città del gran Re fondata con allegrezza per la conversione di tutte le nazioni.

3. Deus in ejusdem civitatis domibus habitare agnoscetur ab exteris nationibus; cum eam defendendam susceperit contra hostes illius.

3. *Deus in domibus ejus cognoscetur, cum susceperit eam.*

Ad essa si è fatto egli conoscere, prendendola per sua Sposa, e rivelandole i suoi misterj, e le sue verità.

4. Nam ecce reges terræ congregati sunt, & venerunt simul adversus illam.

4. *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: convenerunt in unum.*

Egli è, che l'ha sostenuta contro tutte le potenze unite per distruggerla.

5. At ipsi reges videntes eam civitatem inhabitari a Deo, atque defendi, sic demum mirabundi obstupuerunt, turbati sunt, & concussi sunt pavore: eosque horror apprehendit, ac tremefecit.

5. *Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.*

Egli ha gettato nello stordimento, e nella turbazione coloro, che si dichiaravano suoi nemici.

6. Ibique ad conspectum ejusdem civitatis eosdem reges invaserunt

6. *Ibi dolores ut parturientis: in spiritu*

6. Egli è, che per punire la loro temerità, ha fatto lo-

(1) Matth. v. 35.

runt dolores maximi, tales quales ſunt mulieris parturientis: quos reges tu, Domine, tam faciliter conteres, quam facile valido vento conteres, cum volueris, naves maris.

ritu vehementi conteres naves Tharſis.

loro ſoffrire mali incomprenſibili, li ha fracaſſati, e meſſi in pezzi.

7. Sicut audivimus protectorem fore Deum urbis hujus, ita re ipſa vidimus: ita, inquam, vidimus adfuiſſe divinam protectionem in civitate hac Domini exercituum, in hac civitate Dei noſtri: quam Deus fundavit duraturam in æternum.

7. *Sicut audivimus, ſic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei noſtri: Deus fundavit eam in æternum.*

Rallegrarſi di eſſer nel ſeno della Chieſa, la cui durazione ſarà ſenza fine; e nella quale vediamo adempierſi tutto ciò, che i profeti ne hanno predetto:

8. Opem miſericordiæ tuæ, Deus, conſecuti ſumus in medio templi tui in hac tua civitate conſtructi, ubi eam imploravimus.

8. *Suſcepimus, Deus, miſericordiam tuam: in medio templi tui.*

Chieſa ſola, nella quale ſi ottiene da Dio il perdono de' proprj falli.

9. Prout ergo decet majeſtatem tuam, Deus, ita & laus tua celebretur ad extremos uſque fines terræ: dextera manus tua, Domine, plena eſt juſtitiæ, juſtiſſime faciens quicquid facit.

9. *Secundum nomen tuum, Deus, ſic & laus tua in fines terræ: juſtitia plena eſt dextera tua.*

Chieſa ſola, in cui il nome di Dio è conoſciuto, ed onorato per tutta la Terra, e che fa temere la ſua giuſtizia.

10. Proinde lætentur abitatores montis Sion, & civitates quæ ſunt in Judæa exultent, pro-

10. *Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ: propter ju-*

Chieſa ſola, ove i giudizj di Dio cagionano la gioja, ed il deſi-

de-

propter æquitatem judiciorum tuorum, Domine, quibus ulciſceris hoſtes populi tui.

11. Circumdate urbem Sion, eamque circuite, o Dei cultores; narrate de turribus urbis hujus, quam numeroſæ ſint, & fortes.

12. Apponite corda veſtra ad cognoſcendam fortitudinem mœnium ejus, quam ſint valida, ac domos ejus, & palatia ſigillatim dinumerate: ut his conſideratis, poſſitis enarrare aliis poſteris veſtris;

13. Quod iſte, qui hanc civitatem ædificavit, atque defendit, ſit Deus verus, & Deus noſter in æternum uſque & in omnia ſæcula; & quod ipſe nos ceu paſtor reget in æterna ſæcula.

judicia tua, Domine.

11. *Circumdate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus ejus.*

12. *Ponite corda veſtra in virtute ejus: & diſtribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.*

13. *Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi: ipſe reget nos in ſæcula.*

derio de' ſuoi figliuoli.

Occupatſi nelle coſe di queſta Chieſa, amar queſta Chieſa.

Paleſarne la forza, e la potenza, le attrattive, e la bellezza:

Riguardarla come il ſoggiorno eterno di Dio, ed il trono d' onde egli regge, e governa tutti quei, che ſono nel ſuo ſeno.

PSALMUS XLVIII.

OBbligo di tutti gli uomini di aſcoltare i ſavj conſigli, e le regole di prudenza, che debbono ſeguire nella loro condotta. Vanità delle ricchezze. Aſcoltare i conſigli, e le regole, che lo Spirito ſanto ci dà per noſtra condotta, ed oſſervarle eſattamente.

In

In finem, filiis Core, Psalmus.

In perpetuum decantandus Psalmus, datus olim concinendus levitis cantoribus de progenie Core.

PROPHETA. Populi omnes, audite hæc, quæ dicturus sum; auribus ea percipite omnes habitatores Orbis terræ.

Audite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes, qui habitatis orbem.

Ascoltare, non come se fossimo maestri, ma come discepoli: non per giudicare, ma per eseguire: non colle orecchie del corpo, ma con quelle del cuore.

Audite, inquam, tam vos, ignobiles terræ filii, quam vos nobilium filii hominum; pariterque & dives & pauper, audite.

2. *Quique terrigenæ, & filii hominum: simul in unum dives, & pauper.*

Ascoltare senza scusarsi sopra la grandezza della propria condizione; nè sopra il poco tempo, che rimane dall'impiego.

3. Os enim meum modo loquetur verba sapientiæ: & diuturna cordis mei meditatio per os erumpens, eloquetur documenta prudentiæ.

3. *Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.*

Ascoltare i savj consigli, e le regole di prudenza, che dobbiamo seguire in tutta la nostra condotta.

4. Inclinabo & ego quoque aurem meam ad audiendum parabolicum, gravissimumque sermonem: & cum psalterii sono, musicisque modis depromam hoc problema meum, & quæ-

4. *Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.*

Averle ascoltate, e seguite da se, prima di communicarle agli altri, e communicarle loro in una maniera, che penetri fino al cuore.

5. *Cur*

Que-

quæsitum.

5. Quare timebo in die calamitosa Judicii novissimi? quia pœna iniquorum gressuum, & actuum vitæ meæ me reum tunc circumstabit, ut effugere nequeam tribunal Dei.

5. *Cur timebo in die malæ? iniquitas calcanei mei circumdabit me.*

Questi consigli, e queste regole sono, di non diffidar punto della potenza, e dell'ajuto di Dio nelle avversità.

6. Qui fiduciam habent in fortitudine sua, & superbiunt, & gloriantur in multitudine divitiarum suarum,

6. *Qui confidunt in virtute sua: & in multitudine divitiarum suarum gloriantur.* (1)

Di non confidarsi nelle proprie forze, e nei propri beni, e nelle prosperità.

7. Eos in illa die mala a calamitate non liberat frater & propinquus: multoque minus alius quilibet homo liberabit eos; nec quisquam illorum sive fortium, sive divitum dabit pro se quidquam, quo Deum sibi ipse placatum reddat.

7. *Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deus placationem suam.*

Di non attaccarsi punto alle ricchezze, poichè tutte le nostre sostanze non possono salvare la vita ad un sol' uomo.

8. Neque pretium, aliquod dare poterit, quo a morte redimat animam suam. Quod etsi laboraverit homo in sæculum, an vel sic & vivet adhuc in perpetuum?

8. *Et pretium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum, & vivet adhuc in finem.*

Di disprezzare tutti i beni del Mondo, poichè essi non vagliono in paragone della vita.

9. An

9. *Non*

Di

(1) Job xxx. 25. Psalm. LXI. 11. Marc. X. 24. 1. Timoth. VI. 17.

9. An non experietur mortem etiam dives, cum videat etiam sapientes homines mori? Verum pariter cum sapientibus insipiens quoque, ac stultus morte peribunt.

10. Ejusmodi insipientes relinquent divitias suas extraneis: & sepulchra eorum erunt eis domicilia, usque ad consummationem sæculi.

11. Et ipsa sepulchra erunt eis habitacula in omnes subsecuturas ætates usque ad finem Mundi; licet appellaverint inaniter nominibus suis terras suas, ut sua nomina, & titulos redderent immortalia.

12. Et ita homo, cum in honore esset ad imaginem, & similitudinem Dei creatus, non intellexit divina, & quæ sibi futura essent post mortem: præsentibus tantum belluino more intendens, comparavit se brutis pecudi-

9. *Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes* (1): *simul insipiens, & stultus peribunt.* (2)

10. *Et relinquent alienis divitias suas: & sepulchra eorum domus illorum in æternum.*

11. *Tabernacula eorum in progenie, & progenie: vocaverunt nomina sua in terris suis.*

12. *Et homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.*

13. *Hæc*

Di disprezzare la medesima vita, poichè non se ne può evitare la perdita, nè si può prolungare un momento.

Di rinunziare alle ricchezze, poichè esse non esentano veruno dall' orrore del sepolcro;

Poichè i ricchi non avranno altro soggiorno, ed il loro nome dato da essi alle proprie signorie, non iscamperà dall'oblìo le loro persone,

Poichè le loro ricchezze non servono ad altro, che a disonorarli per una sciocca vanità, e a renderli simili alle bestie per le passioni, dalle quali sono dominati,

P Poi-

(1) Psalm. LXXXVIII. 49. (2) Eccl. II. 16. Apocal. II. 26.

dibus, & assimilatus est illis.

13. Talis vivendi ratio offendiculum ipsis est, & causa ruinæ; & nihilominus post hæc facta stultissimè, de iisdem rebus ore suo sibi complacebunt, & benedicent, quasi bene, prudenterque se gesserint.

13. *Hæc via illorum, scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.*

Poichè le medesime non sono per essi se non un soggetto di scandalo, e di vana compiacenza ne' loro discorsi,

14. Verum ejusmodi stulti homines, sicuti stolidæ oves mactandæ ponuntur in macello; ita & ipsi positi sunt in inferno, ubi mors perpetua eos depascet, ac vorabit in sæcula.

14. *Sicut oves in inferno positi sunt: mors depascet eos.*

Poichè in fine l' uso, che ne fanno, non serve, che a precipitarli più facilmente nell' Inferno.

15. Et dominabuntur eis justi, cum clarum manè illuxerit sæculi futuri; & adjutorium, & robur eorum mundanum, quo nitebantur, antiquabitur, & deficiet in inferno, & a gloria illa sua temporaria expulsi sunt tandem.

15. *Et dominabuntur eorum justi in matutino*: (1) *& auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.*

Aggiugnere a questi consigli, ed a queste regole le altre, che seguono, cioè; preferire la giustizia nella propria miseria, e povertà a tutta la gloria de' ricchi.

16. At de illius inferni potestate Deus animam meam redimet, &

16. *Verum tamen Deus redimet animam meam*

Persuadersi, che Iddio può, quando gli piace, e prolun-

(1) 1. Corinth. VI. 2.

& liberabit, cum ad se me assumpserit in morte mea.

17. Noli ergo commoveri, & timere tibi cum ditatus fuerit aliquis homo; & cum multum aucta fuerit gloria domus, & familiæ illius.

18. Quia cum ipse morietur, non secum tollet quidquam ex omnibus, quæ hic habet; nec in infernum descendet cum eo gloria domûs ejus:

19. Nam animus ejus in hac tantum ipsius vita se bene fœlicem prædicabit: qui dives tunc solum laudabit te, ò homo, cum ipsi benefeceris.

20. Sed demum tandem moriens intrabit ad generationem patrum suorum jam mortuorum; & in æternum usque lucem non videbit nec præsentis vitæ, nec futuræ.

21. Homo cum in ho-

meam de manu inferi: cum acceperit me.

17. *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus.*

18. *Quoniam cum interierit non sumet omnia:*(1) *neque descendet cum eo gloria ejus.*

19. *Quia anima ejus in vita ipsius benedicetur:* (2) *confitebitur tibi, cum beneficeris ei.*

20. *Introibit usque in progenies patrum suorum: & usque in æternum non videbit lumen.*

21. *Homo, cum*

lungare la nostra vita, e preservarci dalla morte.

Non esser punto toccati nè da vanità, nè da invidia per coloro, che divengono ricchi, e stabiliscono una potente famiglia.

Considerare, che il fine dell'uomo rende tutto eguale: il ricco non ha niente di più; il povero nulla di meno.

Non giudicare della felicità della vita presente, nè per l'abbondanza, nella quale vivono i ricchi, nè per i riguardi, che si hanno per loro:

Giudicarne all' opposto per le disgrazie, che sopravvengono a questi ricchi voluttuosi dopo la loro morte.

Giudicarne si-

P 2 nal-

(1) Job xxvii. 19.

(2) Deuter. xxix. 19.

honore eſſet ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creatus, non intellexit divina, & quæ ſibi futura eſſent poſt mortem: præſentibus tantum belluino more intendens, comparavit ſe brutis pecudibus, & aſſimilatus eſt illis.

cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

nalmente per la loro cecità, ed orgoglio, per le paſſioni brutali, nelle quali eſſi vivono, e per una morte ſimile, come la loro vita, a quella delle beſtie.

PSALMUS XLIX.

LE circoſtanze del finale giudizio, e ciò che biſogna fare per renderſelo favorevole. Quali ſono i ſacrificj, che Iddio richiede da noi. Quali ſono le coſe, per le quali Dio rigetta il culto, che gli rendiamo. Vegliare ſopra le prime ſregolatezze per non cadere nelle eſtreme; ed applicarſi totalmente ad acquiſtare la purità, che renderà il noſtro culto grato a Dio.

Eſſere nel corſo della vita una vittima immolata alla giuſtizia di Dio, per eſſere eternamente l'oggetto della ſua miſericordia.

Pſalmus Aſaph.

Pſalmus inſpiratus, aut ad cantandum traditus Aſapho levitæ primicerio cantorum.

PROPHETA. Dominus, qui eſt Deus omnium judicum, qui dii quidam terreſtres appellantur, locutus eſt, & ad judicium ſuum vo-

Deus Deorum Dominus locutus eſt, & vocavit Terram.

Seguire i ſaggi conſigli, e le regole ſante, che Iddio ci dà per mezzo dei miniſtri della ſua parola, a fine di

cavit habitatores Terræ;

di compàrire con fiducia al ſuo giudizio,

2. Ab Oriente trahens omnes uſque in Occidentem : ex ſuperna Sion apparebit ſpecies pulchritudinis ejus.

2. *A Solis Ortu uſque ad Occaſum : ex Sion ſpecies decoris ejus.* (1)

Per non tremare alla viſta dello ſplendore della ſua maeſtà, ed in preſenza di tutti gli uomini uniti inſieme per eſſere giudicati ſecondo i loro meriti.

3. Deus enim mànifeſte cum gloria, ac majeſtate veniet : nec diu Deus hic noſter tacebit; ſed cito peccata redarguet, ac vindicabit.

3. *Deus manifeſte veniet: Deus noſter, & non ſilebit.*

Profittare felicemente del ſuo ſilenzio, ſtando alla ſua preſenza, quando noi non lo vediamo, a fine di non reſtare sbigottiti nè da' ſuoi ſguardi nè dalle ſue parole.

4. Ignis coram eo ardebit, Mundumque exuret : & circa ipſum valida tempeſtas erit.

4. *Ignis in conſpectu ejus exardeſcet:* (2) *& in circuitu ejus tempeſtas valida.*

Prevenire per lo fuoco di una ardente carità, e per una ſanta tranquillità queſto fuoco divoratore, e queſta furioſa tempeſta, che annunzieranno la ſua venuta.

5. Advocabit in teſtes juſtitiæ ſuæ Cœlum deſurſum, ac Terram, ut dijudicet populum ſuum

5. *Advocabit Cœlum deſurſum,* (3) *& Terram diſcer-*

Ammirate la potenza di Dio ſul Cielo, e ſulla Terra:

(1) Pſalm. XLVII. 4. (2) Pſalm. XCVI. 3.
(3) Deuter. XXX. 19. XXXII. 1. Pſalm. LXXV. 9. Iſai. I. 2.

ſuum.

6. Congregate ergo ad eum, ò Angeli, cunctos Fideles, qui ſanctimoniam vitæ profitentur: quique diſponunt, & feriunt pactum cum eo ſuper offerendis ſacrificiis.

7. Et tunc cœlites ipſi annunciabunt ejuſdem Dei juſtitiam: nam Deus eſt judex, qui nec falli poteſt, nec fallere.

8. DEUS JUDEX. Populo mi, auſculta, & ego ad te loquar: audi, populo Iſraelitice, teque conteſtabor: Deus Deus tuus ego ſolus ſum.

9. Non propter carnalia ſacrificia tua neglecta, te nunc arguam: nam ſacrificia illa tua, in quibus victima tota crematur, ſunt coram me perpetuò.

10. Non ego ſuſcipiam tamquam rem non meam vitulos domus tuæ, quos mihi ſacri-

ſcernere populum ſuum.

6. *Congregate illi ſanctos ejus; qui ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia.*

7. *Et annunciabunt Cœli juſtitiam ejus:* (1) *quoniam Deus judex eſt* (2).

8. *Audi populus meus, & loquar* (3) *Iſrael, & teſtificabor tibi: Deus Deus tuus ego ſum.*

9. *Non in ſacrificiis tuis arguam te: holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.*

10. *Non accipiam de domo tua vitulos,* (4) *neque*

Sulla terra; dal ſeno della quale egli ritirerà i ſuoi Santi, ch' eſſa teneva in ſe racchiuſi, e li adunerà inſieme, per diſperſi che ſieno ſtati:

Sul Cielo, che annunzierà co' ſegni, che vi compariranno, il ſuo formidabile giudizio.

Aſcoltare con attenzione, e con profondo riſpetto le parole di un Dio sì grande, e sì terribile.

Imparare dalla ſua bocca, ch'egli non ci domanda ſagrifizj di carne, e di ſangue:

Ma un ſagrifizio totale di noi medeſimi,

Per

(1) Pſalm. xxi. 32. xcvi. 6.
(2) Pſalm. lvii. 12.
(3) Pſalm. lxxx. 9.
(4) Michæ. vi 6. 7.

crificàveris;nec gregum tuorum hircos , quos mihi immolaveris,ſuſcipiam quaſi antea mei non fuiſſent.

que de gregibus tuis hircos.

11. Mea ſunt enim animalia omnia ſylvarum : meæ ſunt pecudes in montibus , ac boves.

11. *Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſylvarum : jumenta in montibus , & boves.*

Per la mortificazione del noſtro corpo ,

12. Novi ego mei juris eſſe aves omnes in aereo cœlo volitantes : & quicquid pulchrum eſt in quovis agro , meum eſt , & in poteſtate mea.

12. *Cognovi omnia volatilia Cœli: & pulchritudo agri mecum eſt.*

Per l' umiliazione continua del noſtro ſpirito,

13. Si fieri poſſet , ut ego eſuritem , non dicerem tibi , ut dares mihi aliquid ad edendum : meus enim eſt totus Orbis Terræ , & mea ſunt omnia , quibus ipſe Mundus plenus eſt.

13. *Si eſuriero , non dicam tibi: meus eſt enim Orbis Terræ, & plenitudo ejus.* (1)

Per un atteſtato ſincero, che il tutto appartiene a Luiſe che noi non abbiamo coſa veruna , che non ſia dono della ſua liberalità ,

14. Numquid ego comeſurus ſum carnes taurorum , quos mihi immolas ? aut hircorum ſanguinem bibiturus , quem in libaminibus victimarum mihi offers ?

14. *Numquid manducabo carnes taurorum ? aut ſanguinem bircorum potabo ?*

Pel riconoſcimento della nullità di tutti i noſtri beni , eſſendo egli medeſimo la pienezza di tutti i beni ;

15. Et-

15. *Im-*

(1) Pſalm. xxiii. 1.

15. Ergo potius mihi offer ceu ſacrificium ſpirituale, laudem gratiarumque actionem ex intimo corde tuo: mihique Altiſſimo tua redde, & imple vota, quæ promiſiſti, ut mihi cultum exhiberes, & obedientiam.

15. *Immola Deo ſacrificium laudis:* (1) *& redde Altiſſimo vota tua.* (2)

Pel diſprézzo di tutte le coſe, a fine di non iſtimare, nè lodare altro che Lui;

16. Et tunc cum vota perſolveris, & laudem, me fidenter invoca in quovis tempore tribulationis tuæ: & ego ex ea eximam te, meque magis, ac magis tu glorificabis.

16. *Et invoca me in die tribulationis:* (3) *eruam te, & honorificabis me.*

Per una ferma confidenza nel ſuo ajuto in tutte le noſtre affliziони; e per l'umile rendimento di grazie, per avercene liberati.

17. PROPHETA. Peccatorem autem Deus ita allocutus eſt. DEUS. Ad quid, & ob quam utilitatem tuam tu, homo peccator, ſemper narras, & prædicas facienda juſta præcepta mea? & cur ſemper aſſumis in ore tuo legem meam, quam diſpoſui populo meo facto fœdere cum eo?

17. *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?*

Imparate ancora dalla ſua bocca e la purità, colla quale Ei vuole eſſer ſervito; e chi ſono coloro, de' quali rigetta la ſervitù, ed il culto.

18. Cum tu interim animo tuo odio habueris inſtitutionem vitæ bene moratæ: & mea ver-

18. *Tu vero odiſti diſciplinam: & projeciſti ſermones meos*

Temére di noi ſteſſi, che non ſiamo di queſto numero, a cagione del

(1) Oſeæ XIV. 3. Hebr. XIII. 15.
(2) Pſalm. LV. 13. LX. 9. LXV. 13. CXV. 14. 18.
(3) Job XXII. 27.

verba, ac jussa contemnendo projeceris post tergum tuum.

meos retrorsum.

del nostro poco amore per le afflizioni, e della nostra poca cura di leggere, e meditare i libri utili alla salute:

19. Tu, si furem aliquem videbas, statim consentiens unâ cum eo currebas ad furandum: & unâ cum iis, qui alienas solent uxores stuprare, partem tuam ponebas, socius eorum factus, & particeps.

19. *Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.*

A cagione della nostra unione coi libertini, quantunque noi non cadiamo nei loro delitti:

20. Os tuum abundanter plenum erat maledicentia: & lingua tua artificiose aptabat fraudem ad decipiendum.

20. *Os tuum abundavit malitia: & lingua tua concinnabat dolos.*

A cagione della compiacenza di sentire la detrazione, benchè noi evitiamo la maldicenza:

21. Cum aliis improbis sedens, detrahebas de fama fratris, & cognati tui: & contra ipsum quoque fratrem tuum uterinum fabricabaris opprobrium, & ita ponebas ei offendiculum, in quod impingeret inopinate: hæc tu mala fecisti, & ego nuncusque dissimulavi tacens.

21. *Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui.*

A cagione della facilità di lasciarci trasportare ai motteggi, stando attenti nulladimeno a non dir niente contro la riputazione.

22. Exi-

22. *Exi-*

Guar-

22. Existimasti per summam iniquitatem, futurum me similem tui, ac probaturum mala tua: sed demum tandem coarguam te, tuaque peccata proponam, atque constituam ante oculos tuos.

22. *Existimasti iniquè, quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.*

Guardarsi da questi primi fregolamenti, che ci gettano insensibilmente in quegli altri, i quali Dio sì altamente condanna,

23. PROPHETA. Intelligite hæc vos, qui obliviscimini Deum, & securè peccatis, ac si Deus non esset: ne aliquando ille vos inopinate a præsenti vita rapiat ad mortem æternam, cum & non sit, qui vos liberet a potenti manu Dei.

23. *Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum: ne quando rapiat, & non sit, qui eripiat.*

E minaccia di punire sì severamente.

24. DEUS. Sacrificium spirituale laudis gratiarumque actionis me apud homines glorificabit: & in eo genere sacrificii spiritualis est via, quâ demum ejusmodi immolanti ostendam, atque exhibebo salutem illam meam summam, ac sempiternam in Cœlo.

24. *Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.*

Vegliar piuttosto, e porre tutte le nostre cure ad acquistare la purità, che gli rende gradite le nostre lodi, e il nostro culto, e che sarà seguita dalla vista di Dio, non come di giudice, ma come di Salvatore.

PSALMUS L.

RIconoscere di esser un gran peccatore, e il gran bisogno, che si ha della misericordia di Dio. Gemè-

mere per essere stato reo prima di nascere. Gemere de' proprj peccati, accusarli, detestarli, e farne penitenza. Invocare lo Spirito santo; desiderare di esserne ricolmi per farla proporzionata ai nostri peccati. Sacrificare a Dio per la penitenza tuttociò, che si ha di più caro; aggiugnervi il sacrifizio di lodi, e di ringraziamenti.

Rendere a Dio mediante la penitenza tuttociò, che a lui si è rapito per il peccato.

In finem: Psalmus David: cum venit ad eum Nathan propheta quando intravit ad Bethsabee.

Psalmus in perpetuum decantandus, Davidi inspiratus, cum ad eum venisset Nathan propheta, postea quam ingressus fuerat ad Bethsabee uxorem Uriæ.

PROPHETA. Miserere mei Deus pro magna misericordia tua.	*Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.*	Riconoscersi per gran peccatore, che ha bisogno di una gran misericordia.
2. Et juxta multitudinem illam miserationum tuarum tot tantisque peccatoribus exhibitarum, dele iniquitatem hanc meam.	2. *Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.* (1)	Sentir vivamente questo bisogno, e domandare a Dio con ardore, che scancelli i nostri peccati in tal guisa, che non ne appariscа più niente agli occhi suoi.
3. Me plus plusque lava a maculis iniquitatis meæ, & a meo me	3. *Amplius lava me ab iniquitate mea: &*	Che ce ne lavi, e mondi in tal maniera, che non ne

(1) II. Regum XI. 4.

me peccato purga.

4. Nam ferò licet, ecce jam agnoſco ego meam illam iniquitatem, atque confiteor: & peccatum illud meum jugiter eſt coram oculis mentis meæ, illudque dolenter conſidero.

5. Scilicet quod in te Deum ſolum, & verum peccaverim contemnendo mandata tua, & quod malum illud coram te omnia aſpiciente fecerim, turpiſſimâ contumeliâ in te: ſed miſerere, quæſo, dele, lava, & munda me; nam inde fiet, ut tu juſtus, & verax appareas in verbis tuis, quibus veniam promiſiſti peccatoribus ad te converſis; & ita fiet, ut tu vincas cauſam, ſi judicium de te fieret ab hominibus; an ſervans eſſes promiſſi.

6. Miſerere mei; nam ecce ego ab exordio ipſo mei cum iniquitatum omnium primâ

& a peccato meo munda me.

4. *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.*

5. *Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris.* (1)

6. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in pec-*

ne ſia più in noi alcuna macchia.

Riconoſcerli da per noi, perchè egli non li veda più: averli di continuo preſenti, perchè egli ſe ne dimentichi.

Confeſſarli tali quali eſſi ſono, ſenza diſſimular niente: dichiararli in quella guiſa, ch'egli li conoſce.

Entrare in una ſanta confuſione, di eſſere ſtati colpevoli anche pri-

ma

(1) Rom. III. 4.

mâ & originali conceptus ſum, factuſque ſum pronus ad peccandum: & mea me mater concepit, atque peperit vitiatum, & corruptum originali peccato, quod caput, & fons eſt omnium peccatorum.

catis concepit me mater mea,

ma di naſcere.

7. Nam & ecce tu ſolitus fuiſti ſemper diligere veracem ex intimo corde confeſſionem peccatorum: qui mihi ingrato manifeſtaveras olim etiam incognita illa, & arcana decreta ſapientiæ tuæ.

7. *Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.*

Penetrare il fondo di queſta gran verità, che i più gran lumi da ſe non baſtano per non cadere negli eccelſi più enormi.

8. Aſperge tu me, Domine, intimâ aſperſione, ceu externo illo ſacerdotali hyſſopo tincto in ſanguine, & ita ego mundus ero: lava tu me intime, & ego plus quam ſit alba nix, dealbatus efficiar.

8. *Aſperges me hyſſopo & mundabor:* (1) *lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.* (2)

Nè meno a mondarcene, quando ne ſiamo imbrattati: mentre l' umile penitenza è quella, che produce sì buoni effetti.

9. Auditum mihi facito gaudium, & lætitiam: & oſſa, & robora mea depreſſa, atque confracta, tunc ex diffuſo gaudio exultabunt.

9. *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.*

Ella è, che ci fa ſentire l' allegrezza, a miſura dell'afflizione; e che dà le forze a proporzione, che ſi conoſce la propria

10. Ver-

10. *Aver-*

(1) Levit. xiv. Numer. xix. (2) Iſai. i. 18.

10. Verte faciem tuam a reſpiciendo peccata mea, omneſque iniquitates meas funditus abſterge.

11. Crea mihi, tu Deus, animum mundum remotâ ſorde peccati: & intra viſcera mea, ablatâ diſtortione, ſpiritum directum, & ſtabilem renova.

12. Ne me projicias velut iratus a præſentia tua; & Spiritûs ſancti tui inſpirationes, & afflatus ne auferas a me.

13. Reſtitue mihi lætitiam illam, quam habueram de ſalvatione a te mihi conferenda: & Spiritûs ſancti potenti dono, quod regendæ animæ meæ regium principatum teneat, me infirmum fac firmum, ne rurſus cadam.

14. Si tecum in gratiam reconciliabor, docebo ego meo exemplo,

10. *Averte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.*

11. *Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.*

12. *Ne projicias me a facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.*

13. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.*

14. *Docebo iniquos vias tuas: & impii ad*

pria debolezza.

Ella è, che ſtorna gli occhi di Dio dalla viſta dei noſtri peccati; e fa, ch'egli ce li ſcancelli.

Ella è, che purifica il cuore dall' amore delle coſe create, e che rimette lo ſpirito in tutta la ſua rettitudine.

Deſiderate gli effetti di un'umile penitenza; temer ſempre, ch'ella non ſia ſufficiente, domandare di continuo la preſenza dello ſpirito di Dio per diſtruggere il noſtro;

Per avere la conſolazione, e la forza di ſuperare tutti gli oſtacoli alla noſtra perfetta converſione,

E d' indurre al bene per gli noſtri buoni eſempli que-

plo, & ſcripto hoc, peccatores alios vias rationeſque redeundi ad te per pœnitentiam: & ita impii abs te alieni revertentur ad te.

ad te convertentur.

quei, che abbiamo indotto al male coi cattivi.

15. A reatu homicidii, quo ſanguis Uriæ juſſu meo effuſus eſt, libera me Deus, Deus ſalvator meus: & cum a tanto reatu me abſolveris, lingua mea cum exultatione laudabit juſtitiam tuam, quâ homines ex injuſtis juſtos facis.

15. *Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.*

Domandare a Dio, ch'egli ſcancelli in noi tutte le imagini, e rappreſentazioni carnali, perchè nulla c'impediſca di lodarlo con quella purità, ch'eſſo richiede:

16. Domine, rurſus aperi labia mea dando novam materiam te laudandi novâ hac reconciliatione: & os meum animo grato annunciabit omnibus laudem tuam, potius quam externum tibi offeram ſacrificium.

16. *Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.*

Ch' egli apra perciò le noſtre labbra; poichè ſenza di lui non potremmo pregare, come ſi dee.

17. Nam ſi pro expiatione peccati potiſſimum voluiſſes, & exegiſſes ſacrificium aliquod externum, obtuliſſem ſane illud: ſed ſacrificia illa etiam in quibus victima tota crematur, non per ſe tibi pla-

17. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique: holocauſtis non delectaberis.* (1)

Non contentarſi di ſagrificare a Dio ciò ch'è fuori di noi, e che coſta poco; ma ciò che abbiamo di più caro,

18. *Sa-*

Il

(1) Pſalm. XXXIX. 7. XLIX. 8. 14. Iſai. I. 11. Jerem. VII. 22.

placent, nec iis ſolis tu delectaris.

18. Sacrificium autem tibi Deo gratum principaliter eſt ſpiritus, & animus hominis ſeipſum affligens, & confringens præ dolore peccati: animam ſeſe dolore confringentem, & conterentem, ſeſeque reatus ſui confeſſione humili dejicientem, tu, Deus, nunquam es aſpernaturus.

18. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum, Deus, non deſpicies.*

Il proprio ſpirito, ed il proprio cuore coll'umiliazione, e col dolore.

19. Tandem, Domine, pro bona tua voluntate benefac quoque civitati huic Sion, ne propter me regem ejus peccatorem deſeras eam: quin ſicuti cœptum eſt, fac ut extruantur, & ad perfectionem uſque perducantur muri ejuſdem civitatis Jeruſalem.

19. *Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua, Sion: ut ædificentur muri Jeruſalem.*

Pregarlo di darci la grazia, che fondi, e riduca a perfezione in noi l'edifizio della noſtra ſantificazione; e quella di cooperarvi.

20. Tunc cum benefeceris & mihi, & civitati huic, reſque omnes fuerint tranquillæ, atque pacatæ, acceptum habebis ſacrificium quodvis juſtum, & rectum; & oblationes

20. *Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum*

Offerirgli un ſagrifizio di lode, e di ringraziamenti con un cuore tutto incendiato dal ſuo amore.

(1) Iſai. LVII. 15. LXVI. 2.

nes acceptabis, & holocausta; & illo tunc tempore beneficentiæ tuæ Israelitæ omnes ex Fide, ac pietate animi sui, vitulos tibi immolandos imponent super istud altare tuum hujus civitatis tuæ sanctæ Jerusalem.

tuum vitulos.

PSALMUS LI.

LE disavventure di coloro, che hanno gusto di far male al prossimo, e le pene colle quali Iddio li punirà. Temere per noi, vedendo peccare gli altri. Temere tutti gli avanzamenti del Mondo, che sono la cagione de' più enormi peccati, per l'abuso, che se ne fa. Affaticarsi per acquistare le virtù. Vivere in una perfetta rassegnazione in tutto ciò, che piacerà a Dio disporre di noi.

Compiacersi di non esser niente considerati nel Mondo, a fine di non cadere nelle miserie, ove l'innalzamento precipita sì ordinariamente.

In finem, intellectus, David: cum venit Doëg Idumæus, & nunciavit Sauli;

Venit David in domum Achimelech.

Psalmus in perpetuum decantandus, plenus intelligentiæ inspiratus Davidi: cum venisset Doëg Idumæus, & annunciasset Sauli regi, & dixisset ei: *David fugiendo a te, venit in domum Achimelech sacerdotis, & ab eo accepit panes & gladium Goliath:* ob quam Doëg proditionem Saul iratus, occidit primùm LXXXV. sacerdo-

tes, deinde & cunctos ſacerdotalis civitatis Nobe viros, mulieres, parvulos, aſinos, & boves.

PROPHETA. Quare, o proditor, Doëg gloriaris in tua animi malignitate, qui potens quidem factus es in regia Saulis, ſed per iniquitatem? in qua iniquitate fuiſti per ſingulos dies.

Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

Compiangerè l' infelicità di coloro, che non impiegano la loro potenza, ſe non per far male a quei, che loro non piacciono;

2. Lingua tua cogitatè locuta eſt, quod erat injuſtum, & inſidias: tamquam acuta novacula, quæ debeat radere barbam, & jugulum ſecet; ſic tu præter expectationem feciſti dolum.

2. *Tota die injuſtitiam cogitavit lingua tua: ſicut novacula acuta feciſti dolum.*

Che non penſano ad altro, che a rovinare aſtutamente la loro riputazione;

3. Dilexiſti malum magis, quam bonum, & dilexiſti magis loqui quod injuſtum erat, quam quod juſtum, & æquum.

3. *Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem: iniquitatem magis quam loqui æquitatem.*

Che non ſi compiacciono, ſe non di calunnie, e d' ingiuſtizie;

4. Dilexiſti omnia verba, quæ poſſent præcipitare, & demergere innocentes homines in mortem per tuam linguam doloſam.

4. *Dilexiſti omnia verba præcipitationis linguâ doloſâ.*

Che ſono ſempre i primi a dire il male, che fanno; e che dicono del bene nel tempo ſteſſo per inſinuare dolcemente il male:

5. At propter hæc Deus deſtruet te in ſem-

5. *Propterea Deus deſtruet te*

Compiangere, diſſi, la loro infeli-

sempiternum : teque evellet de habitaculo tuo, & inde te emigrare faciet ; immo te, tuamque stirpem radicitus evellet de Terra viventium.

te in finem : evellet te & emigrabit te, de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventium.

licità, poichè Iddio distruggerà ed essi, e la loro posterità, senza che ne rimanga niente sulla Terra.

6. Videbunt hujus proditoris divinam ultionem homines justi, & magis timebunt Dominum judicem justum, & super illum proditorem ridebunt, & secum invicem dicent : *Ecce quo tandem devenit homo iste proditor, qui spem suam totam non reposuit in Deo, ut sibi ille esset adjutor.*

6. *Videbunt justi & timebunt*, (1) *& super eum ridebunt, & dicent:* Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum.

Temere l'ira di Dio sopra de' peccatori, vedendo, che noi siamo capaci delle stesse miserie.

7. *Sed potius spem suam posuit in multis divitiis suis : seque contra innocentes validum, ac potentem fecit per sua vana mendacia, atque insidias.*

7. Sed speravit in multitudine divitiarum suarum : & prevaluit in vanitate sua.

Temere le ricchezze, temere l'autorità, poichè sì eccessivamente ce ne possiamo abusare.

8. At ego ab illo proditus, non ut ille eradicabor : sed firmissime radicabor in domo Dei, ceu virens olea, atque fructifera, quia

8. *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei :* (2) *speravi in misericordia Dei in*

Affaticarsi a produrre frutti di mansuetudine, e di carità : sperare da Dio questa grazia, e domandarglie-

Q 2

(1) Psalm. LXIII. 10.

(2) Oseæ XIV. 7.

quia non in divitiis, & mendaciis, ſed in Dei miſericordia ſpem meam poſui: ibique ero in æternum uſque, & in omnia ſæcula.

in æternum, & in ſæculum ſæculi.

gliela umilmente.

9. Profitebor igitur tibi, Domine, debitas laudes uſque in æternum, quòd hæc juſta judicia feceris: patienterque poſthac expectabo divinum Numen tuum auxilio mihi adfuturum; quia id beneficum, & benignum eſt coram oculis ſanctorum tuorum, non in rebus vanis, atque caducis, ſed in te Deo ſperantium.

9. Confitebor tibi in ſæculum, quia feciſti: & expectabo nomen tuum; quoniam bonum eſt in conſpectu Sanctorum tuorum.

Sottomettersi a tutto ciò che a Dio piacerà diſporre di noi; rendergli grazie di tutto, ed aſpettare con pazienza gli effetti della ſua bontà, e della ſua protezione.

PSALMUS LII.

SEnza la Fede non v'è nè vera ſapienza, nè utile purità di coſtumi. Eſaminare, ſe nelle noſtre azioni cerchiamo di piacere a Dio, o a gli uomini. Non aſpettare ſe non da lui ſolo la grazia di farle bene. Credere, e comporre i proprj coſtumi ſu le regole della Fede.

In finem, pro Maeleth, intelligentiæ, David.

Pſalmus in perpetuum decantandus per chorum, ſive pro choræa; plenus intelligentiæ inſpiratus Davidi.

PROPHETA. Homo ſtul- *Dixit inſipiens* Conſervare di- li-

ſtultus, & amens cogitavit, & dixit animo ſuo, quod non ſit Deus.

piens in corde ſuo; non eſt Deus. (1)

ligentemente la Fede, e riguardarla come regola della vera ſapienza, e della purità de' coſtumi.

2. Sed & cæteri quoque homines per Adæ peccatum vitiati, ſe, ſuaſque vias valde corruperunt, abominabileſque Deo facti ſunt ob iniquitates ſuas: nec eſt quiſquam hominum, qui ſuis viribus faciat id quod bonum eſt ſecundùm Deum.

2. *Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.*

Perſuaderſi vivamente, che ſenza di lei l'uomo non è, che un'inſenſato.

3. Deus de Cœlo proſpexit ſuper filios hominum in Terra, ut videret ſi eſſet aliquis homo, qui intelligeret, & agnoſceret Deum eique placere perquireret.

3. *Deus de Cœlo proſpexit ſuper filios hominum: ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.*

Riguardarſi col lume, col quale Iddio ci riguarda, a fine di conoſcere, ſe egli è Dio, che noi cerchiamo, oppure noi ſteſſi nel bene, che facciamo:

4. Et ecce vidit, quod omnes homines declexerint, & averterint ſe ab ipſo: & cuncti pariter iniquitatibus adhærentes, inutiles effecti ſint, & inepti ad

4. *Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.*

Conſiderare eſattamente il tenore della noſtra vita: temere, che eſſa non ſia inutile, o per non far il bene, o per far-

(1) Pſalm. XIII.

ad opera bona, Deo digna; & quod non ſit quiſquam hominum, qui ſuis viribus faciat id quod bonum eſt ſecundùm ipſum Deum: & non ſit talis, ne unus quidem.

num.

farlo malamente?

5. Verum numquid non aliquando tandem Deum agnoſcent omnes, qui faciunt, quod iniquum eſt? Qui populum, qui mecum eſt, deprædantes devorant, ac ſi famelici comederent eſcam panis,

5. *Nonne ſcient omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam ut cibum panis?*

Eſaminare ſe ſiamo fra coloro, i quali divorano il popolo di Dio, o ſia nel motteggiarlo ſulla pietà, o ſia nel fraſtornarlo dal bene.

6. Hi Dominum non invocaverunt in neceſſitatibus ſuis: quapropter, & vano quoque timore ibi timuerunt, exterriti ſunt, atque obſtupuerunt, ubi vera timendi cauſa non erat.

6. *Deum non invocaverunt: illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.*

Eſaminare altresì, ſe cadiamo mai ſulla diffidenza circa la provvidenza di Dio;

7. Et merito, nam conſuevit Deus diſperdere, ac diſſipare robora vireſque ſtudentium placere ſibi & hominibus, & non Deo; qui humani favoris ſpe tandem fruſtrati, pudore, ac rubore ſuffuſi ſunt, eo quod Deus nihili fecerit, & proje-

7. *Quoniam Deus diſſipavit oſſa eorum, qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos.*

Se perdiamo il frutto delle buone opere, e ſe ci rendiamo avanti Dio oggetto di diſprezzo, e di orrore, cercando di piacere ſolamente agli uomini.

8. *Quis*

Non

jecerit eos.

8. O utinam quis det, & emittat de monte Sion Salvatorem Iſraelis! nam cum Dominus captivum populum ſuum Iſraeliticum a prædatorum ſuorum captivitate in patriam reduxerit: tunc Jacobi patriarchæ progenies exultabit gaudio, populuſque Iſraeliticus lætabitur, ab omnium ereptus ſervitute malorum.

8. *Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum converterit Deus captivitatem plebis ſuæ, exultabit Jacob, & lætabitur Iſrael.*

Non aſpettare ſe non da Dio il ſoccorſo neceſſario per uſcire dalle noſtre miſerie, per ſervirlo con Fede viva, e intenzione pura, e farne tutto il noſtro piacere.

PSALMUS LIII.

SEntire il peſo della propria miſeria, e della propenſione al male, e la potenza de' demonj, che a quello ci portano. Gemere ſu queſte miſerie. Pregare fervoroſamente per eſſerne liberati; e ſagrificarſi a Dio per amor ſuo, e per la riconoſcenza de' beni, che ne abbiamo ricevuti.

Eſclamare verſo Dio, ed eſclamare inceſſantemente, poichè noi ſempre ſiamo ſu'l punto di ſoccombere ſotto la potenza de' noſtri nemici.

In finem, in carminibus, intellectus, David, Cum veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul:

Nonne David abſconditus eſt apud nos?

Pſalmus in perpetuum decantandus cum inſtrumentis muſicis carminum, plenus intelligentiæ, inſpiratus Davidi! quando cum ipſo ſe abſcondiſſet in deſerto Ziph,

venerunt Ziphæi, & prodiderunt eum Sauli regi dicentes: *Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis sylvæ in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti? nunc ergo sicut desideravit anima tua, ut descenderes, descende: nostrum autem erit, ut tradamus eum in manus tuas.*

PROPHETA. Deus, in divino tuo nomine, atque auxilio salva me de manibus Saulis, & in tua fortitudine fac pro me judicium, liberando me innocentem ab hoc persecutore meo.

Deus, in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua judica me.

Sentire il peso della propria miseria, e propensione al male, e domandare a Dio l'ajuto della sua grazia per non soccombervi.

2. Deus, exaudi hanc orationem meam: & præbe benignas aures supplicibus his verbis oris mei.

2. *Deus, exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.*

Pregare con ardore, piangendo il proprio stato.

3. Quia Ziphæi isti a me animo suo alieni, insurrexerunt adversum me, & viri robusti animam, vitamque mihi eripere quæsierunt: teque justum judicem Deum non posuerunt ante oculos mentis suę.

3. *Quoniam alieni insurrexerunt adversum me,* (1) *& fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.*

Rappresentargli la potenza de' nemici interni, ed esterni, che ci opprimono.

4. Sed ecce Deus auxiliatur mihi: & ex adverso illorum, Domi-

4. *Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus*

Riconoscere, che da Dio riceviamo le forze per re-

(1) Psalm. LXXXV. 14.

minus eſt defenſor animæ, & vitæ meæ ne corruam.

nus ſuſceptor eſt animę meę.

reſiſtere loro.

5. Juſto judicio tuo, Domine, avertes a me, & retorquebis in inimicos hos meos mala, quæ in me cogitaverant: & pro tua juſtitia, & fidelitate veracium promiſſorum tuorum funditus perde illos.

5. *Averte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.*

Entrare in un ſanto furore contro queſti nemici della noſtra ſalute: chiedere a Dio, che li precipiti in tali temporali miſerie, che per mezzo delle medeſime abbiano da confonderſi, riflettendo alle infinitamente maggiori, nelle quali ci volevano ſommergere inſieme con eſſi col portarci al peccato.

6. Id cum tu feceris, ego ſponte promptoque animo tibi ſacrificia offeram, debitaſque laudes profitebor divino Numini tuo, & eo quòd bonum ſit, ac per ſe amandum.

6. *Voluntarie ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum eſt.* (1)

Fare a Dio un ſagrifizio totale di noi medeſimi, più perchè egli è buono, che a cagione del bene, che ne riceviamo.

7. Et præterea, quòd a tribulatione omni quacumque me liberaveris: & oculus meus jam ab alto ſecurè tutoque reſpexit in inimi-

7. *Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.*

Avere preſenti i mali, da' quali eſſo ci ha liberati per eccitarci alla riconoſcenza; ed i falſi beni, che i no-

(1) Pſalm. LI. 11.

micos meos divina ultione profligatos, ac perditos.	*meus*.	noſtri nemici ci propongono per tentarci, a fine di diſprezzarli.

PSALMUS LIV.

LA condotta, che i ſervi di Dio debbono tenere nelle perſecuzioni, alle quali Iddio gli eſpone per parte de' falſi amici. Riconoſcere la noſtra perfidia, e ingratitudine verſo Gesù Criſto da' ſentimenti, che abbiamo della perfidia, e ingratitudine de' noſtri amici. Eſſere penetrati dal dolore di eſſerſi tante volte sì malamente portati con eſſo. Unirſi a lui. Gettarſi nelle ſue braccia. Riporre in eſſo la noſtra ſperanza in mezzo a tutto ciò, che ſi è per ſoffrire.

Gemere profondamente della propria ingratitudine, verſo Dio, e ſentirla più vivamente che quella de' noſtri amici verſo di noi.

In finem, in carminibus, intellectûs, David.

Pſalmus in perpetuum decantandus cum inſtrumentis muſicis carminum, plenus intelligentiæ, inſpiratus Davidi.

PROPHETA. Auribus percipe, Deus, orationem hanc meam, & deprecationem hanc meam ne deſpicias: attende mihi oranti, meque deprecantem exaudi.	*Exaudi, Deus, orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me.*	Parlare con Dio nelle noſtre ſuppliche con quella attenzione, ch' egli richiede da noi, e colla quale deſideriamo di eſſerne aſcoltati.
2. Quia valde ſum con-	2. *Contriſta- tus*	Eſporre a Dio con

contriſtatus, & animo conſternatus in aſſidua meditatione malorum, quæ ego patior, de quibus jugiter mecum alloquor; & quia conturbatus, ac metu, & timore perfuſus ſum propter inimici vocem mihi minantem, & propter perturbationem, ac perſecutionem, quâ me impius peccator affligit.

tus ſum in exercitatione mea: & conturbatus ſum (1) *a voce inimici, & a tribulatione peccatoris.*

con fiducia le noſtre preghiere, e le noſtre inquietudini nelle perſecuzioni, che ci ſono fatte;

3. Nam hi inimici mei impoſuerunt mihi iniquitates, & crimina falſa: & cum ira jampridem inveterato odio adverſabantur mihi;

3. *Quoniam declinaverunt in me iniquitates: & in ira moleſti erant mihi.*

Le calunnie, colle quali viene denigrata la noſtra fama, ed i crudeli effetti di una collera traſportata dalla paſsione.

4. Anima mea doluit, & conturbata eſt in intimis vitalibus meis: & formido mortis irruit ſuper me;

4. *Cor meum conturbatum eſt in me: & formido mortis cecidit ſuper me.*

Conſiderare l'eccesſo del dolore, e dello ſpavento,

5. Timor & tremor venerunt ſuper me: meque operuerunt tenebræ mœſtitiæ, atque doloris.

5. *Timor & tremor venerunt ſuper me: & contexerunt me tenebræ.*

L'eccesſo del timore, e della turbazione, che Iddio permette ne' ſuoi Santi, a fine di provare la loro pazienza, e la loro ſommeſſione.

6. Un-

6. *Et*

Sol-

(1) Pſalm. LXXVI. 4.

6. Unde & dixi : *O quis mihi dederit alas veloces , ut ſunt alæ columbæ ; ut & hinc avolem in locum tutum , & ibi quieſcam ſecurus ?*

7. Ecce autem profugiendo procul abivi a meis , & in hoc deſerto ſum commoratus .

8. Ubi ſolum Deum expectabam , qui me ſalvaret a puſillanimitate , & procella , ac tempeſtate tot tentationum , atque terrorum .

9. Domine , pro juſtitia tua demerge in profundum hos peccatores , eorumque linguas , ac ſententias divide ; ne inter ſe conſentiant in malum meum ; nam in eorum civitate iniquitatem contra jus fieri vidi , & contradictionem contra verum .

10. Quæ die , ac nocte indeſinenter circumibit in muris ejus : in cujus civitatis medio

6. *Et dixi :* quis dabit mihi pennas ſicut columbæ : & volabo , & requieſcam ?

7. *Ecce elongavi fugiens , & manſi in ſolitudine .*

8. *Expectabam eum , qui ſalvum me fecit a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate .*

9. *Præcipita , Domine , divide linguas eorum : quoniam vidi iniquitatem , & contradictionem in civitate .*

10. *Die ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus ini-*

Sollevàrſi ſopra dell' uomo , imitando la manſuetudine della colomba, riſpetto aï ſuoi più crudeli nemici .

Uſcire da noi medeſimi, non aſcoltando in veruna coſa i ſentimenti dell' amor proprio .

Temere tutto dalla noſtra debolezza , e dai moti violenti di una natura impiagata , ed aſpettare da Dio le forze , di cui abbiamo biſogno .

Dimandare a Dio con umile ſommeſſione la rovina dei diſegni de' noſtri nemici .

Riconoſcere quì la ſapienza di Dio nello ſtabilire le ſovrane autori-

dio iniquitàs, & labor fiet, quo probi vexentur, & injuſtitia committetur.

11. Nec de ejuſdem urbis latis viis, ubi venalia venduntur, & commercia fiunt, uſura defuit, & fraus.

12. Profecto ſi aliquis apertus inimicus meus probris, ac maledictis me affeciſſet; ſuſtinuiſſem utique tolerantius.

13. Et ſi aliquis, qui me jampridem odiſſet, grandia calumniarum, & minarum verba contra me dixiſſet, potuiſſem utique me abſcondere ab eo.

14. At tu, ò homo, me maledictis, ac probris affeciſti, & magna contra me mala dixiſti, qui paulo ante eras amicus meus unanimis & dux, & princeps a me conſtitutus, & notus meus, ac familiaris;

15. Qui una mecum pa-

iniquitas: & labor in medio ejus & injuſtitia. (1)

11. *Et non defecit de plateis ejus uſura & dolus.*

12. *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique.*

13. *Et ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo.*

14. *Tu vero, homo unanimis, dux meus, & notus meus.* (2)

15. *Qui ſimul*

rità per conſervare la giuſtizia, e la pace;

E per impedire l'ingiuſtizie, e le frodi, alle quali conduce la cupidigia.

Applicare a ſe ſteſsi queſto rimprovero di David al ſuo amico, che lo aveva tradito, e che gli voleva togliere la corona, e la vita.

Provare nella perſona propria, quanto più ſi ſoffre per l'infedeltà di un amico di confidenza, che d'un eſtraneo.

Aſcoltare nel fondo delle noſtre coſcienze Gesù Criſto, che ci fa queſto rimprovero con più ragione; poichè noi ſiamo più obbligati ad eſſergli fedeli.

Rappreſentarſi le

(1) Jerem. VI. 6. 7.

(2) Job XIX. 19. Pſalm. XL. 10.

pariter dulcorabas escas, atque sumebas; ac dulce secretum, atque colloquium ego & tu communiter habebamus: & simul quoque unanimiter ambulabamus in templo Dei.

mul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulavimus cum consensu.

le grazie, che abbiamo da Esso ricevute, e de' grati cibi, de' quali siamo stati nudriti ai suoi altari.

16. Dignum sane est, ut super hujusmodi homines veniat mors repente: & ut absorpti a terra, vivi descendant in Infernum.

16. *Veniat mors super illos: & descendant in Infernum viventes.*

Confessare, che meritiamo la morte, e l'Inferno, per esserci abusati di grazie tanto segnalate, e per avere disprezzati sì gran favori.

17. Quia malitia est in his temporariis hospitiis, & congregationibus eorum, & inter eos, & in visceribus ipsorum.

17. *Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum in medio eorum.*

Confessare ancora, che non v'è in noi che perfidia, e ingratitudine.

18. Cæterum ego in hac contristatione, & tribulatione mea clamavi ad Deum, opem ejus implorans: & ipse Dominus (uti spero) me salvabit a malo.

18. *Ego autem ad Deum clamavi: & Dominus salvabit me.*

Esclamare a Dio totalmente penetrati dal dolore, e dall'orrore di noi medesimi, affinchè egli ci dia i mezzi per emendare sì grandi eccessi.

19. Vespere & mane, & meridie, totoque die pergam ei exponere, atque nunciare miserias meas, ac necessitates: & ipse Deus (uti confido) exau-

19. *Vespere, & mane, & meridie narrabo & annunciabo: & exaudiet vocem meam.*

20. Re-

Accusarli incessantemente, e desiderare, che ciascheduna parte del giorno cagioni in noi un nuovo sentimento di dolore,

audiet assiduam hanc vocem meam, qua ipsum invoco.

20. Ipse tandem reddita mihi pace, & tranquillitate, animam meam redimet, & liberabit ab istis appropinquantibus mihi, ut me opprimant: nam cum bene multis conjuratis adversum me erant.

21. Exaudiet ergo me Deus: illosque humiliabit, qui est ante condita sæcula, & manet in æternum.

20. *Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mibi; quoniam inter multos erant mecum.*

22. *Exaudiet Deus, & humiliabit illos: qui est ante sæcula.*

re, per ottenere quei mezzi.

Desiderare questa pace, che non si trova se non nell' unione con Gesù Cristo; e romperla santamente con coloro, che ce la potrebbono turbare.

Umiliarsi avanti Dio colla preghiera, perchè esso umilj coloro, che si sollevano contro le sue divine leggi, perseguitando le persone dabbene.

22. Nam non est illis adversariis meis immutatio ulla a malitia ad bonitatem, nec Deum timuerunt: idcirco Deus jam tetendit manum suam ultricem in retribuendo illis condigna supplicia.

22. *Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum: extendit manum suam in retribuendo.*

Questi cuori indurati nel male, questa gente senza timore, e senza rispetto per Dio, e senza fedeltà per la loro anima;

23. Eo quod profanaverint, & violaverint pactum cum ipso Deo initum, legem ejus prævaricando; seseque diviserint a confide-

23. *Contaminaverunt testamentum ejus, divisi sunt ab ira vultus ejus: & appropin-*

Questa gente senza fede, senza onore, senza probità;

Que-

sideranda ira faciei ejusdem Dei in peccatores; & eo quod cor animusque uniuscujusque illorum appropinquaverit mihi ad oppugnandum me injustè.

pinquavit cor illius.

24. Et cujusque illorum verba fuerint mollia, & lenia plusquam oleum: cum re ipsâ ea sagittæ essent & lanceæ cum insidiis transfigentes.

24. *Molliti sunt sermones ejus super oleum: & ipsi sunt jacula.* (1)

Questi furbi, che fanno proteste di amicizia nel tempo stesso, che non tralasciano niente per togliere l'onore, e la vita.

25. Tu autem quisquis affligeris, projice super Dominum omnem sollicitudinem, & anxietatem animi tui, & ipse Dominus te enutriet: nec enim sinet hominem justum inter persecutiones fluctuari semper.

25. *Jacta super Dominum curam tuam,* (2) *& ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem justo.*

Gettarsi fra le braccia di Dio in mezzo a tutti questi mali, con fiducia, ch' egli non abbandonerà in essi per sempre i suoi servi.

26. At ipsos impios persecutores meos, tu, Deus, deduces in puteum perditionis, & gehennæ.

26. *Tu vero, Deus, deduces eos, in puteum interitûs.*

Laddove le sue vendette contro questi malvagi saranno eterne.

27. Et viri quidem sanguinarii, & fraudulenti, ut plurimum non pertingent ad dimidium dierum vitæ suæ, quos

27. *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos* (3): *ego au-*

Abbandonarsi alla sua giustizia, che si farà ben presto sentire, e riporre in Lui la no-

(1) Psalm. XXVII. 3. LXI. 5. (2) Psalm. XXXVI. 5. I. Petri V. 7.
(3) Job XV. 32. XXII. 16. Prover. X. 27.

quos sibi promittebant: ego autem spem omnem, & fiduciam habebo in te, Domine.

autem sperabo nostra speranza. *in te, Domine.*

PSALMUS LV.

SEntimenti, ch'è d'uopo avere per li nemici nelle loro più crudeli persecuzioni. Sentimenti, che dobbiamo avere per Iddio ne' soccorsi, che ci dà in queste occasioni.

Desiderare le persecuzioni, che ci recano tanti favori di Dio, e ci perfezionano nelle virtù.

In finem: pro populo, qui a sanctis longe factus est, David, in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.

In perpetuum decantandus Psalmus, compositus pro populo illo exule cccc. virorum elongato a sanctuario Dei; qui scilicet convenerant cum Davide in persecutione Saulis: inspiratus ipsi Davidi, stabiliterque recolendus, ac si esset titulus insculptus in columna; id quod factum est postquam detinuerunt Davidem Philisthæi in civitate Geth, ad cujus regem Achis confugerat.

PROPHETA. Miserere mei, Deus, quia inimicus homo me conculcavit: & omni die pugnans me tribulavit.

Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo: tota die impugnans tribulavit me.

Non inasprirsi, nè lasciarsi trasportare; nè anche lagnarsi, nè mormorare in simili cattivi trattamenti, ma ricorrere a Dio, come David.

2. Con-

2. *Con-*

2. Conculcaverunt me hi inimici mei, & insidiatores tota die: multi enim sunt, qui pugnant contra me.

2. *Conculcaverunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes adversum me.*

Rappresentargli umilmente, come questo Santo Re, l' eccesso de' nostri mali, e il numero de' nostri persecutori.

3. In quocumque die timuero, & territus fuero ab alto, & medio dici, quando fugiendo latére non possum: in te tamen ego vel tunc maxime sperabo.

3. *Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.*

Deporre il timore sulla speranza nella sua protezione.

4. In adjutorio Dei laudabo veracia fuisse verba, & promissa Dei ad me facta: in Deo speravi; ac proinde non timebo quidquid mihi faciat carneus; & mortalis homo.

4. *In Deo laudabo sermones meos: in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi caro.* (1)

Vincere anche, e superare il timore, ed animare la propria fiducia con ricordarsi delle promesse di Dio in favore degli afflitti.

5. Omni die hi inimici mei verba mea abominabantur; & sermones de me solicitè tractabant: omnesque cogitationes eorum contra me, erant ad malum mihi inferendum.

5. *Tota die verba mea execrabantur: adversum me omnes cogitationes eorum in malum.*

Non pensare se non che a far bene ai proprj nemici nel tempo stesso, ch'essi non pensano ad altro, che a farci male.

6. Qui & congregabantur etiam, & simul habitabunt; ac sese abscondent, meumque

6. *Inhabitabunt, & abscondent: ipsi calcaneum me-*

Stare in attenzione di non dispiacere loro in cosa veruna, men-

(1) Psalm. cxvii. 6. Hebr. xiii. 6.

que greſſum diligenter obſervabunt.

um obſervabunt.

tre eſſi vegliano per ſorprenderci, e per rovinarci.

7. Sicut deſideranter expectaverunt eripere mihi animam, & vitam; ſed tu, Domine, nullo modo ſalvos facies eos: quinimmo in ira tuâ juſtâ hos bellantes contra me populos dejicies, atque confringes.

7. *Sicut ſuſtinuerunt animam meam; pro nihilo ſalvos facies illos: in ira populos confringes.*

Laſciare a Dio le vendette de' loro misfatti, e domandargliene per loro il perdono.

8. Deus meus, ærumnas, & pericula vitæ meæ expoſui tibi, & quæ intra me ſunt enumerata ſunt tibi: & in tuo conſpectu poſuiſti omnes lacrymas meas, ut me ingemiſcentem reſpiceres, & non deſereres.

8. *Deus, vitam meam annunciavi tibi: poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo.*

Rappreſentargli ancora i mali, ch' eſſi ci fanno ſoffrire, e le lagrime, che per ottenerglielo, la loro malizia ci ha fatto ſpargere.

9. Sicut & id a te faciendum eſſe, jam olim fuit in promiſſione tuâ mihi facta: itaque tunc inimici mei a te vertentur retrorſum.

